Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-137057-p0001-9

X, 3.

3, 450.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-137057-p0002-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-137057-p0003-0

III, 450.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-137057-p0004-6

# ABRAHAMI KAESTNERI

V. I. D. ET PROF. PVBL. IN ACADEMIA LIPSIENSI

# ADNOTATIONES

IN

## DIVI IOANNIS GEORGII I ELECTORIS

# ORDINATIONEM MATRIMONIALEM

DE DATO DRESDAE DIE X AVGVSTI 1624

CVM PERPETVIS AD CORPVS IVRIS ECCLESIASTICI SAXONICI REMISSIONIBVS

ANTEA IN COLLEGIO PVBLICO AVDITORIBVS COMMVNICATAE

NVNC

PRAEMISSO IPSO TEXTV

IN ILLORVM GRATIAM VARIIS LOCIS LOCVPLETATAE

PVBLICI IVRIS FACTAE

*CVM INDICE.*

*LIPSIAE*

SVMTIBVS MICHAELIS BLOCHBERGERI

1743.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-137057-p0005-1

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-137057-p0006-7

PERILLVSTRI
ATQVE
EXCELLENTISSIMO
DOMINO
CHRISTIANO GOTTLIEB
AB HOLZENDORFF
DYNASTAE
BAERENSTEINII LICHTENAVII
SVPERIORIS ET INFERIORIS
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI POLONIARVM
REGIS ET ELECTORIS SAXONIAE
CONSILIARIO INTIMO
SVMMI SENATVS ECCLESIASTICI
PRAESIDI
REGII CVBICVLI COMITI

AERARII PROVINCIALIS
QVAESTORI.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-137057-p0007-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-137057-p0008-8

# Illuſtriſſime atque Excellentiſſime Domine.

Quae cauſae ſingulae, alios ad conſecrandas *Viris Illuſtribus* ſcriptiones ſuas impellere ſolent, eae, vt TIBI potiſſimum hoc quicquid eſt opellae, offeram, iunctae me impellunt. Iubet gratitudo, vt deuotiſſimam TIBI, pro ſingulari, quo me dignatus es, fauore, mentem oſtendam; iubet officium, vt induſtriae academiae ſpecimen TIBI exhibeam, cuius ſapiente cura ſcientiae in terris Saxonicis florent. Et iſta quidem mihi cum aliis communia ſunt. Hoc autem quod oculis TVIS ſubiicitur, ſingulari quodam iure ad TE ſpectare mihi videtur. Cum enim TIBI potiſſimum obſtrictum me eſſe ſentiam,

quod

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-137057-p0009-7

quod ante triennium, *Clementia Regia*, profeſ-ſoris iurium titulo exornatus ſim, vtique has, quas ſub initium demandatae ſpartae cum ſtudioſis communicaui *in Ordinationem Matrimonialem*, dilucidationes, TIBI, quaſi primitias offerendas cenſui, ex quibus iudicares, qua ratione muneri meo ſatisfecerim. Quodſi igitur leuior videatur haec ſcriptio, nec ſatis digna, quae TIBI conſecretur, illud ea, quam iam adduxi, ratio excuſabit. Ceterum cum votis eorum, quibus bonum publicum curae cordique eſt, mea coniungo, vt *Numen Immortale* TE, cuius fidem *Regiae Maieſtates* diligunt; cuius prudentem, in ſalute communi promouenda induſtriam, patria ſuſpicit, quam diutiſſime ſoſpitem incolumemque florere iubeat.

Illuſtriſſimae Excellentiae
TVAE

Scrib. Lipſiae
Ipſis Calend. Maii
cIↃIↃccxxxxIII.

deuotiſſimus cultor
et cliens
Abrahamus Kaeſtnerus. D.

# Praefatio
# Ad Lectorem.

Paucis *Tibi*, *Lector Beneuole*, cur praeſentes adnotationes publici iuris fieri permiſerim, reddendae ſunt rationes. Dum per ſingulare Dei beneficium vltra triginta annos in hac celeberrima Academia, cupidae legum iuuentuti plerasque iurisprudentiae partes, indefeſſo labore, tradidi, hanc boni et aequi artem, vt cum VLPIANO *ex l. 1. de I. et I.* loquar, *a SS. Theologiae ſtudioſis*, ſi non ab omnibus, a plerisque tamen, plane negligi, dolui ſaepe. Non vero dolui tantum, ſed cogitaui ſimul, qua methodo quoue modo fieri poſſit, vt illis via quaſi aperiatur ad ea in iure addiſcenda, quae ſine dedecore ignorari nequeunt et ſine quorum ſcientia muneri, ad quod adſpirant, vtiliter

praeeſſe non poſſunt. Rogaui multos, vt collegium, *quod inſtitutionale vocant*, frequentarent, gratis etiam aditum ipſis ad lectiones meas obtuli; Quod illis quidem placuit, aſt tempus ipſis non ſupereſſe ex omnibus fere audiui. Poſtquam vero a *Potentiſſimo Rege*, FRIDERICO noſtro vere *Clementiſſimo*, poteſtas, ius publice extra ordinem docendi mihi conceſſa eſt, conſilium coepi, *in Ordinationem matrimonialem* DIVI IOANNIS GEORGII *Electoris*, praelectiones publicas inſtituere, an forſan hac occaſione id, quod antea ſaepius tentaueram, obtinere poſſem; Quae res effectu non caruit. Multi enim praelectionibus meis ex Theologiae ſtudioſis per integrum annale tempus, (*tam diu ſcilicet diſcurſus durauit*,) indefeſſo ſtudio interfuerunt, quod ſaepe miratus ſum. Communicaui ipſis fideliter, quae latius per diſcurſum exponebantur, praecepta, oſtendi ipſis permultos, quos breuiter recenſebam, auctores, docebam ex *iure ciuili*, *canonico*, *feudali*, *publico etc.* allegandi modum, circa quem viri Theologi ſaepe hallucinantur. Occaſione ipſius textus ſine vllis ambagibus, verbis ipſis ſuppeditantibus, multa *de Conſiſtoriis, ipſisque cauſis conſiſtorialibus, de ſponſalibus, conſenſu parentum, de proclamatione ex ſuggeſtu publico, de confeſſione auriculari, de numo confeſſionario, de vſu Sacrae Coenae, de copula ſacerdotali, de conuiuio nuptiali, de choreis, de dotibus, de pactis dotalibus, de legitima, de exheredatione liberorum, de iuramentis, de infamia* et ex profeſſo *de computatione graduum, materia ſcitu perneceſſaria, de diuortio et repudio, de ſerto virginali, de delictis ſtupri, fornicationis, adulterii etc.* conieci et tunc temporis ad deſcribendum ſuppeditaui. Petierunt vero permulti oretenus et in literis ad me exaratis, fecerunt etiam

iam id viri, in miniſterio iam conſtituti, qui traditorum a me notitiam ab auditoribus acceperunt, vt typis excudi curarem, quae deſcribendo ſaepius vitiantur et paucis tantummodo prodeſſe queunt. Feci id eo libentius, quia fructum aliquem ex horum euolutione ſperant, quem vnice in praelectionibus tam praeſentibus, quam reliquis omnibus pro ſcopo principali habui et adhuc habeo. In arte periti obiicient forſan, me in hiſce plagulis non niſi trita ac vbique occurrentia tradere. Cum his vero nullam litem ſum habiturus ſed in concedendo ero facillimus. Adiectis ſaltim exceptionibus peremtoriis: *Non omnia ſcimus omnes. Quod tibi notum aliis ſaepe ignotum. Quod in inſtitutionibus et Pandectis aliisque auctoribus hac de materia in diuerſiſſimis libris atque titulis admodum diſtantibus traditur, hic congruo loco ſine vlla difficultate deprehenditur.* Quae omnia adeo clara manifeſtaque ſunt, vt nulla vlteriore demonſtratione opus ſit. Res enim ipſa loquitur. Quibus vero adducta ſatisfacere non videntur, auctores, quos ſimul vbique bona fide adduxi, euoluere, ex iisque latius quae volunt, petere poſſunt; Qui vero copia librorum deſtituuntur, primis hiſce lineis, ne plane hoſpites in rebus ſcitu ſumme neceſſariis, inueniantur, contenti erunt. Et, quoniam ſaepiſſime ex ſtudioſis Theologiae et iuris, (*artis ſalutaris enim lubens ſicco praetereo pede*) percepi, illos, *an* et *quid ſit* CORPVS IVRIS ECCLESIASTICI SAXONICI, ignorare, quod proferre pudet, diligenter id egi, vt perpetuo lectores harum adnotationum ad *dictum Corpus iuris*, huiusque editionem nouiſſimam, de anno cIↃ IↃ CCXXXV. ablegentur, quem in finem vbique *paginam* ſtatim adieci, vt ſine vlla mora, quid velint, inueniant. Caeterum id in hiſce adnotationibus ſedulo caui, ne

vllum verbum ponatur, quo aliquis, a cuius etiam opinione receſſi, laedi poſſit. Auditoribus enim meis praeceptum iuris naturae: *Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris*, multoties commendo; Neceſſe igitur eſt vt ipſe cogitem: *Turpe eſt doctori ſi culpa redarguit ipſum.* Cum vero homo ſim et errare etiam hic potuerim, modeſte admonitus facilis ad correctionem ſum futurus. Memor enim ſaepe ſum eius, quod BALDVS ICtus de ſe ſcribit: *Ego* BALDVS de Peruſio, *ignorantiae inimicus alienae, inimiciſſimus ſuae, paratus corrigi a quocunque et correctiones ferens libenter et humili animo: quia ignorare non eſt vitium, ſed natura.* Cogitent itaque probe cenſores, quod magnus Imperarator IVSTINIANVS in conſtitutione TANTA, *de confirmatione Digeſtorum*, §. 14. ſcriptum reliquit: *Omnium*, inquit, *habere memoriam, et penitus in nullo peccare, diuinitatis magis, quam mortalitatis eſt.* Vale, *Lector amiciſſime*, et, ſi fieri poteſt, Auctori faue. Scrib. Lipſiae e Muſeo, *Menſe Ianuar.* CIↃ IↃ CC XXXXIII.

Des

# Des Durchlauchtigſten, Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Johann Georgen, Herzogen zu Sachſen,

Jülich, Cleve und Berg, des Heil. Röm. Reichs Erz-Marſchalln und ChurFürſten, Landgrafen in Thüringen, Marggrafen zu Meiſſen, auch Ober- und Nieder-Laußiz, Burggrafen zu Magdeburg, Grafen zu der Marck und Ravensberg, Herrn zu Ravenſtein ꝛc.

Ehe-

## Adnotationes ad Ordinationem matrimonialem Divi Io. GeorgI I^mi^, ANNO 1624. DIE IO. AVGVSTI, editam.

(ad verba: Herrn Johann Georgen.)

Curriculum vitae Divi IO. GEORGII I, late recenſet Auctor der Einleitung zur *Hiſtoriae* von Sachſen, *P. I. c. 12.* et ex eo, (*paucis additis*) Sigmund von Bircken, im Sächßl. Helden-Saale, *P. II. p. 252. ſeq.*

Natus eſt Dresdae, die *5. Martii 1585.* Patrem habuit D. CHRISTIANVM I. fratres, et quidem *primogenitus* D. CHRISTIANVS II, cui *anno 1611. die 23. Iunii*, ſuccesſit, et AVGVSTVS Administrator Numburgenſis, fuere. Obiit die *8. Octobris 1656.* regnauitque *45. ann.*

(ad verba: Herzogen zu Sachſen.) Hic obiter notamus, D. CHRISTIANVM II, contra conſuetudinem et Anteceſſorum

A ſuorum

# Ehe-Ordnung,

## Wie dieſelbe in Seiner Chur-Fürſtl. Durchl. Chur-Fürſtenthum und Landen öffentlich von denen Canzeln des Jahrs zweymahl abgeleſen und gehalten werden ſoll.

## Von Ehe-Sachen.

Wel-

---

ſuorum et ſucceſſorum, *Electorem* DVCI praepoſuiſſe, hunc in modum: CHRISTIANVS II. S. R. I. Archimareſchallus et ELECTOR, *Dux Saxoniae Iul. Cliu. et Mont.* vti Wecke *p. 414. ſeq.* aus Gönns Sächßl. Geſchlechts und Wappen-Unterſuchung *p. 142.* obſeruat.

(ad verba: von Ehe-Sachen.) Cauſae matrimoniales hic dicuntur, quibus quaeritur de ipſa matrimonii ſubſtantia et vinculo, eoque ſiue contrahendo, ſiue continuando, ſiue denique diſſoluendo. Non autem, quibus agitur de ſolo *facto*, quod nihil continet ſpiritualitatis, *v.g.* Si ſermo ſit de coniugum ſucceſſione, de dote conſtituenda, repetenda &c. eiusmodi enim cauſa ſpectat ad iudicem ſecularem. *v.* CARPZ. *lib. III. def. 27. n. 3. p. m. 703.* Hinc cauſae matrimoniales ſunt *vel* ECCLESIASTICAE *vel* SECVLARES adeoque mixtae. *v. omn.* CARPZ. *lib. II. def. 1.* et WITTENBERG, *Sel. iur. matr. cap. 1. §. 112. ſeq. p. m. 87. ſeq.*

Nota 1) Principibus, qui *Proteſtantium nomine veniunt*, per conſtitutionem pacis religioſae *anno 1552. Paſſauii conditam*, et *anno ſequenti 55.* Auguſtae *confirmatam*, *non ipſam* poteſtatem circa ſacra, eſſe datam, ſed, ſuſpenſum tantiſper exercitium, ipſis reſtitutum. *v.* BERG. *El. Proc. Matr. th. 2. p. m. 266. v.* Pax Religioſa. §. 15.

Not. 2) ICtos *Dillingenſes* negare, quod cauſae matrimoniales per pacificationem religioſam *Principibus Proteſtan-*

*tibus*

*tibus* ſint vindicatae; quorum rationes adducit, et ſolide refutat CARPZ. *lib. 1. def. 7.*

Not. 3) Principes Proteſtantes cauſas matrimoniales coram conſiſtoriis ſuis tractare ſolent. Conſtat conſiſtorium partim ex *Theologis*, partim ex *Politicis*, quia negotia in eodem occurrunt, quae a ICtis, qua talibus, vix commode expediri poſſunt, ſed iudicium theologicum expoſcunt. *conf.* TITIVS *in Iur. Eccl. lib. I. c. 6. §. 1. ſeq. p. m. 104.* WOLDENBERG. *de orig. conſiſtor.* WEBER *de conſiſt. c. 4.* BRVNNEM. *I. E. Lib. III. c. 1. §. 5. p. m. 624.*

Not. 4) Hodie in Electoratu tria in primis eſſe conſiſtoria, a) DRESDENSE, *) quod continet *circulum Miſnenſem*, et *maximam circuli montani* partem. b) LIPSIENSE, complectitur *Lipſienſem*, *Thuringicum*, *Voigtlandicum*, *Neoſtadienſem*, et e circulo montano *Zuiccauiam* ſeu *Cygneam*; eique ſubiectam *Schneebergam*, excepto tamen *paſtoratu Carsfeldenſi*, qui ſimili-

*Additio.*

*) De huius origine ſic tenendum: Olim in Electoratu *quatuor* conſiſtoria numerabantur, *Wittebergenſe*, *Lipſienſe*, *Miſnenſe* et *Zwickauienſe*. *v.* STEPH. de *iurisd. lib. III. P. I. cap. XV. n. 11. p. m. 148.* Tempore autem D. AVGVSTI *Electoris*, abrogatis duobus poſterioribus, *Dresdenſe* prioribus duobus adiectum fuit nominatumque *ſupremum*, quia ei annexus eſſet *Senatus eccleſiaſticus.* Poſtea ſub regimine CHRISTIANI I. *Electoris*, rurſus *Miſnenſe* erigebatur, ſolo *Senatu Eccleſiaſtico*, Dresdae ſeparatim manente: Cui Nobiles duo conſiliarii et concionator Aulicus praeficiebantur. Habitis vero comitiis Prouincialibus *anno MDCVI. Diuus* CHRISTIANVS II. ad inſtantiam ordinum Prouincialium praedictam ſanctionem Eccleſiaſticam ad obſeruantiam reuocauit, abrogatoque conſiſtorio Miſnenſi, id viciſſim *Senatui Eccleſiaſtico* Dresdenſi coadunauit, id quod factum *die 23. Februarii anno MDCVII.* *v.* WECK. *Chron. Dresd. p. 178.* CARPZ. *lib. I. def. 12.*

ſimiliter *ad Dresdenſe* ſpectat. c) VITEMBERGENSE, quod circulo praeeſt *Electorali.*

Not. 5) Conſiſtorium, quod Dresdae deprehenditur, *Supremum*, das Ober-Conſiſtorium adpellatur. Non eo reſpectu, quaſi a *Lipſienſi* et *Vitembergenſi* ad hoc adpellari poſſet, vti perperam a nonnullis, rerum paternarum imperitis, fieri aſſolet, ſed quoniam *Senatus Eccleſiaſticus* eidem *cohaeret*, *v. addit. praec. ſub* *

Not. 6) Diuerſiſſimas eſſe cauſas, quas tractat *Senatus Eccleſiaſticus*, a cauſis, quas expedit *ſupremum conſiſtorium.* De vtrisque agit TITIVS *in I. E. Lib. 1. cap. VI.* in ſpecie §. 83. 84. & 85. et CARPZ. *lib. I. def. 12.* conſ. *Ordin. Eccl. Elector.* ſub tit. von beyden *Conſiſtoriis*, it. vom Ober-*Conſiſtorio*, et *omn.* Gerbers unerkante Wohlthaten GOttes in Sachſen, 1. Abtheilung, *cap. VII. per totum.* von denen *Conſiſtoriis* in dem Chur-Fürſtenthum Sachſen, vbi multa lectu digna refert. *v. de* BERGER *in El. Pr. Matr. th. 2.* vbi in fine quaedam de conſiſtoriis *Martisburgenſi* et *Zizenſi*, nec non illo, quod *Wurzenae* inuenitur, adducit. Denique in hiſce etiam regionibus noſtris *Comites* et *Dynaſtae* conſiſtoria paſſim habent, quae tamen ſubalterna tantum dici poſſunt, cum conſiſtoriis Principum ſubiiciantur. *v.* Dn, DEYLING. *Inſtitut. prudent. paſtor. P. II. c. 1. §. 27. in f. edit. nov. p. 188.* BRVNNEM. *I. E Lib. III. c. 1 §. 4.*

Not. 7) Cauſae matrimoniales alicubi a ſolis Politicis tractantur, veluti *de Palatinatu* et *Haſſia* fidem facit SCHVBHARDVS *de Auſtreg. c. 5. n. 84.* De *Senatu Hamburgenſi*, qui promiſcue res vtriusque fori tractat, teſtatur STRYK *in notis ad* BRVNNEM. *I. E. Lib. III. c. 1. §. 2. p. 636.* et BEYER *ad π. tit. de iurisd. poſit. 52.* Et *Senatus Noribergenſis* ſolus cauſas matrimoniales dirimit, *teſte* WAGENSEILIO *in commentatione de ciuitate Noribergenſi, in addendis p. 376.* vbi hunc inmodum ſcribit: *quin et cauſae matrimoniales in hoc foro, tanquam competenti, tractantur: atque hoc poſtremo caſu inſuper* forum matrimoniale, das Stadt- und Ehe-Gericht vocari ſolet. *v. omn.* MEVIVS *P. III. dec. 415.* p. m. 373.

Not. 6)

## Welchen Perſonen, ſich mit einander ehelich zu verloben, zugelaſſen, und wie vielfältige Unzucht, wider das ſechſte Gebot abgeſchafft und geſtraft werden ſoll.

De dato Dreßden, am *10. Aug. 1624.*

Dieweil der Allmächtige GOtt in ſeinem Worte alle unordentliche Vermiſchung, nicht allein ernſtlich verboten, ſondern mit der Sündfluth, wie auch Feuer vom Himmel, und auf andere Weiſe mehr, ſchrecklich geſtraffet, und aber ſolche abſcheuliche Sünden und Unzucht von Gott ſchrecklich geſtrafft.

Not. 8) Conſiſtoria non praeciſe a *Principe* ſunt inſtituenda, quia cauſae, quae alias Eccleſiaſticae dicuntur, *vel* coram Regimine, *vel* in curiis Prouincialibus etc. tractari poſſunt, *v.* LVDOVICI *introduct. ad proc. conſiſt. c. 11. §. 12. p. m. 22.* Vbi vero a *Principibus* Euangelicis ſunt conſtituta, cauendum ſedulo, ne duas in *Principe* poteſtates independentes, *alteram* in ſacris, *alteram* in ſecularibus ſtatuamus, *v.* Titius *I. E. cap. VI. § 3. conf.* KESTNER *de iure Principis circa ſacra. Rintl. 1700.* et BEYER *in delin. Iur. Diu. c. 30. per tot.*

(ad verba: am *10. Auguſt. 1624.*) Hic annus eſt maxime notabilis, et vocatur alias *annus decretorius, v.* HILDEBRAND *de anno decretorio. Iuſtus Cph.* DITHMARVS, *de anno decretorio exercitii vtriusque religionis in Germania. Frſ. 1719.*

Nota. Imperator dicitur Aduocatus eccleſiae, non ſaltem *Romanae*, ſed etiam *Euangelicae. v. Cap. Leopold. art. I.* ita tamen vt hodie reſpectus habeatur ad poſſeſſionem *d. 1 Ianuar. 1624. v. I. P. M. art. V. §. 27.* et *I. P. O. art. V. §. 2. conf Pax relig. d a. 1555. §. 16.* et SLEVOGT, *de aduocatia Imperatoris eccleſiaſtica. Ien. 1690.*

(Ad §. Dieweil ꝛc. verba: nicht allein ernſtlich verboten.) Pertinet huc praeprimis *Leuit. cap. 18. et 20.* ex quibus, infra, ad *Punctum II. huius Ordinationis*, potiora, intuitu quorum controuerſia moueri ſolet, adducuntur.

und Laſter, zu dieſen lezten Zeiten ie länger ie mehr wachſen und zunehmen, ungeachtet, daß Wir der gebührlichen Straffe halben, vermöge GOttes Worts und derer Käyſerlichen geſchriebenen Rechten, in Unſern publicirten *Conſtitutionibus* nothdürfftige und ernſtliche Verordnung gethan; So erfahren Wir doch, daß bey denen ernſten darauf geſezten Straffen, ſolch Laſter derer unzüchtigen unordentlichen Vermiſchungen, und Verachtungen des heiligen Eheſtandes, nicht allein nicht abe, ſondern von Tage zu Tage zu- und überhand nehme, darum unſere Unterthanen für GOttes und unſerer Straffe zu warnen.

Ordnung wider dieſelbe. Haben Wir deßhalben nochmahls, wie es in unſern Landen mit Erlaubniß der Ehe, und Abſchaffung der ärgerlichen Unzucht, künfftig gehalten werden ſoll, eine Ordnung verfaſſen, und fleißig berathſchlagen laſſen, auf daß nicht allein in denen gemeinen vorfallenden Irrungen, die Pfarrer und Kirchen-Diener, ſchwere unnöthige Koſten

(Ad verba: *publicirten conſtitutionibus.*) Per has intelliguntur D. AVGVSTI conſtitutiones, *anno 1572.* promulgatae. In ſpecie vero huc referendae ſunt ex P. IV. *conſtit.* XIX. vſque XXXI. *incl.* quae omnes de delictis carnis tractant, et in notis ſubſequentibus ſimul adducuntur atque explicantur. Hiſce iungi merentur *conſtitutiones ineditae*: Von Straffe deſſen, ſo ein Eheweib, Jungfer oder Wittfrau, gewaltſamer Weiſe entführet. Item illa: Von Straffe desjenigen, ſo bey Leben ſeiner Ehegattin mit einer ledigen Perſon die Ehe gebrochen. Prior in MSto, quod ego poſſideo, eſt XIX. poſterior XXIII. Denique huc pertinet etiam *conſtitutio XXV. P. IV.* von Straffe derer, ſo mit verſtorbenen Weibs-Perſonen zuthun haben. Quae quidem in editione, quae *Dresdae 1630.* prodiit, ſimul *loco cit.* inſerta eſt, in prima vero editione *d. a. 1572.* non reperitur.

Koſten zu verhüten, unſern Unterthanen Bericht zu geben, ſondern auch unſere Amt-Leute der Straffe halben, wider die ärgerlichen Laſter, gebührlichen und richtigen Beſcheid, und dieſelbe alsbald und ohne längern Aufzug oder andere Weitläufftigkeit, zu Abſchaffung des Aergerniſſes, und andern zum Exempel und Abſcheu, iedoch in peinlichen Fällen auf vorgehende rechtliche Erkäntniß, zu ſtraffen haben.

Iſt derwegen hierauf unſer ernſtlicher Will und Meinung, daß ihr gedachter Ordnung, ſo viel ſie einen ieden belangen mag, fleißig und gehorſamlich nachkommen, auch hierinnen gar niemands verſchonen, und ſonderlich wohl bedencken, auch euch ſelbſt zu Hertzen führen wollet, daß ihr dem Allmächtigen HErrn und GOtt hiermit einen ſondern angenehmen und wohlgefälligen Gottesdienſt beweiſet, ſo ihr mit Chriſtlichem Eifer helffet beför- Amtleute ſollen ſelbiger nachkomen. Ehe-Stand zu fördern.



(Ad verba: Jedoch in peinlichen Fällen.) Criminis Synonima ſunt delictum, ſcelus, flagitium et noxa. *Germ.* Ubelthat, Mißhandlung, Miſſethat, Verbrechen. Quomodo haec a ſe inuicem differunt, *v.* Gärtner *Inſtitut. iuris criminalis Germanici, in prolegom.* §. 4 Hoc autem loco in ſpecie notandum, *iurisdictionem conſiſtorii ſe non extendere ad cauſas criminales, quae poenam merentur capitalem vel corporis afflictiuam;* Quod tamen accipiendum eſt ſaltim *de cognitione cauſae, dictamine poenae et executione*, quae omnia ſpectant ad iudicem ſecularem; Quoad proceſſum vero inquiſitionis, eius inſtitutionem et directionem, aliter res ſe habet, haec enim competunt iudici Eccleſiaſtico, vſque dum cauſa fiat vere criminalis, bis etwas peinliches erkannt wird, *v. g.* Si delinquens *aut* torturae ſubiici, *aut* poena capitali, *aut* corporis afflictiua affici debeat, quo et referenda relegatio. *v.* BEYER. *in. addit. ad* CARPZ. *lib. III. def. 5.* ibique *reſcripto Regio. p. m.* 194

fördern, daß der heilige von ſeiner Allmacht ſelbſt eingeſazte Eheſtand, wie ſichs gebühret, angefangen und erhalten, und dargegen alle Unzucht, Schand und Laſter ernſtlich geſtrafft werden.

Jährlich 2mahl abzuleſen.

Damit aber ſolches unabläßlich beſchehen, und ſich niemand durch Unwiſſenheit zu entſchuldigen haben möge, ſo iſt auch unſer ernſtlicher Befehl, daß ihr, die Pfarrer, alle dieſe Ordnung des Jahrs zweymahl, als zum erſten Dominica II. poſt Epiphanias, und wiederum des andern Sonntags nach Trinitatis, vor oder nach Mittage, nach iedes Orts Gelegenheit, von der Canzel, der ganzen verſammleten Gemeine öffentlich und verſtändlich vorleſen, und ſo ihr das thun wollet, ſolches allewege frühe, gleich nach

(Ad verba: Eingeſazte Eheſtand.) Pontificii matrimonium Sacramentis *noui Teſtamenti* adnumerandum exiſtimant, *ex cap. V. ad Epheſ. verſ. 31. v.* LANCELLOT. *Inſtit. I. C. lib. II. tit. 2. ibique* ZIGLERVS *in notis p. m. 299.* Quae ſententia tamen a noſtratibus Theologis refutata eſt diu. *v.* CHEMNITIVS *in exam. concil. Trident. part. 2. de matrim. c. 1.* TARNOV. *de coniugio lib. II. c. 2. ſeq.* HVNN. *in lib. de Sacramentis, c. 9.* CARPZ. *lib. II. def. 4. conſ.* DEYLING. *Inſtit. prudent. paſtor. P. III. cap. 6. §. 2. edit. nou. p. 515.* vbi ſimul §. *3.* docet, quod, licet chriſtianorum coniugium *non ſit ſacramentum*, nihilo tamen ſecius recte et peruſitate *ſanctum* vocandum ſit. *v. om. de Sacramentis chriſtianorum* KEVFFELII *Elementa iurisprudentiae eccleſiaſticae vniuerſalis, lib. III. c. 3. per tot. p. m. 124. ſeq. Conf.* HAVEMANN *Gamolog. lib. II. tit. I. poſit 3. p. m. 178.*

(Ad verba: Des Jahrs zweymahl) Hodie mandatum militum matrimonia concernens ſimul praelegendum eſt. *v.* Mandatum Regium *de dato Dresdae d. 18. Dec. 1709. in Corp. I. E. S. p. 482. conf.* IO. GEORG. BERTOCHII beſonderes Recht der Soldaten in Ehe- und Schwängerungs-Sachen. *Zittau. 1729. 8vo.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-137057-p0022-5

nach Ende der Predigt, oder auch den näheſten Sonntag zuvor, dem Volck anzeigen, und ſie ernſtlich vermahnen ſollet, daß ſie zu Verleſung ſolcher Ordnung fleißig kommen, auch iederzeit aus GOttes Wort die Predigt alſo, vor oder nach Verleſung derſelben anſtellen, daß aus dem Alten oder Neuen Teſtament eine ernſtliche Erinnerung zum Volck geſchehe, wie eine groſſe abſcheuliche Sünde die Unzucht vor den Augen GOttes ſey, wie er ſolche zeitlich mit dem Fluch, und ewig mit dem hölliſchen Feuer ſtraffe, dargegen aber keuſche, fromme, züchtige Eheleute, Geſellen und Jungfrauen reichlich ſegne, wenn ſie in ſeinen Geboten wandeln, und ihren keuſchen, züchtigen, ehrlichen Wandel unverrückt bewahren und halten.

## Der erſte Punct,

# Von Ehe-Gelöbniſſen.



## Der erſte Punct.

# De ſponſalibus.

(Ad rubricam: Von Ehe-Gelöbniſſen.) Sponſalia ſunt mentio, ſ. oblatio, (die Ehe-Werbung, ein Anſpruch) et repromisſio ſ. acceptatio, (die Zuſage, das Ja-Wort) futurarum nuptiarum. *v. l. 1. ff. de ſponſal. add. l. 4. et vlt. eod.* Haec iure Romano non niſi ſolenni ſtipulatione fiebant. *v. l. 2. c. l.* Locus inſignis apud PLAVTVM, ex quo *Auctore* non vulgaria iuri Romano interpretando ſubſidia petuntur, occurrit *in Aulular. Act. 2, ſc. 2.* ubi MEGADORVS ab EVCLIONE filiam ita ſibi ſponſam ſtipulatur:

*Quid? nunc etiam mihi* deſpondens filiam? E. *illis legibus cum illa dote, quam tibi dixi.* M. Sponden' ergo? E. Spondeo. M.

*Iſthuc Di bene vertant.* E. *ita faxint, illud facito, vt memineris conueniſſe, vt ne quid dotis mea ad te afferat filia* M. *memini. p. m. 182. verſ. 77.*

Vide ſimile exemplum in PŒNVLO *Act. V. ſcen. 3. verſ. 36.* et *in* CVRCVL. *Act. IV. ſc. 2. in f. p. 1103.* Plura huius rei exempla, de ratione ſpondendi veterum, refert BRISSONIVS *de form. et ſolemn. Pop. Rom. Lib. VI.* PAVL. CYPRAEVS, *de ſponſal. c 3. §. 3.* BROVWER *de iure connub. lib. 1. c. 1. n. 3.* et *cap 20. n. 13. ſeq.* Quo loco obiter etiam obſeruandum: Romanos in ſponſalibus propria *ſponſi* et *ſponſae* nomina non adhibuiſſe, ſed horum loco *Caium* et *Caiam* ſubſtituiſſe. Et *Caiam* ſe quoque ante mariti aedes interrogata vocauit ſponſa. *v. Albert. Henr. de* SALENGRE *in Theſaur. antiquit. Roman. tom. I. p. m. 1249. §. 13. et 14.* GRVPEN, *de vxore Romana, p. m. 205. §. 4.* ALEX. *ab* ALEXANDRO, *lib. II. cap. 5. dier. genial.* Originem huius denominationis *ex* VALERIO referunt. Sic autem ille: *Caeterum* CAIA vſu *ſuper omnes celebrata eſt. Fertur enim* CAIAM CAECILIAM *Tarquinii* priſci Regis vxorem, *optimam lanificam fuiſſe, et ideo inſtitutum fuit, vt nouae nuptae, ante ianuam mariti interrogatae*, quaenam vocarentur? CAIAM eſſe dicerent. *v.* COLER *in notis, ad* ALEX. *ab* ALEX. *c. l. p. m. 260.*

Nota 1) Communiter quidem ſtatui: *alteri ante alterius acceptationem poenitere licere.* Quae regula tamen ſic accipienda: *modo deſuper alter certior* fuerit. Quia propoſitum in mente nil operatur. Quam ob rem ſponſus valide obligabitur, licet vel iurare velit, ſe, antequam ſponſa oblatam ſibi nubendi conditionem acceptauerit, animum mutaſſe. *v.* de BERGER. *Reſolut. Lauterb. ad tit de Sponſal. verb:* vtcunque declarato *p. m. 466. Idem in Oecon. edit. nou. p. 93. §. 4.*

Nota 2) Nudi tractatus ſponſalitii neutram obligant partem, et ſemper ab hiſce recedi, nec actio exinde inſtitui poteſt.

**Nota 3)** Ratione pacti ſponſalitii, quod vulgo das Ja-Wort vocant, quando *ſcil.* quaeritur: Ob das Ja-Wort

zu

zu bloſſen *Tractaten*, oder zu wahrhafften eigentlichen Verſprechen zu rechnen? diuerſae inter eruditos ortae ſunt opiniones. *Negatiuam* ſerio defendit THOMASIVS *in diſſert. De pactis futurorum ſponſaliorum*, vom Ja-Wort. *Hal. 1712.* Affirmatiuam autem amplectitur de WERNHER, *peculiari diſſertatione*, *Vittemb. 1724.* Cui ſententiae vlterius inhaeret *Io. Frider.* CLEMENT, in diſſertatione ſua inaugurali, *de obligatione ex pacto ſponſalitio*, vom Ja-Wort, quam *Praeſide* WERNHERO, *Vittemb. 1726.* habuit, vbi rationes *Thomaſii* adducit illisque ſtatim reſponſionem addit. Quae opinio apud ICtos pariter ac Theologos maiorem applauſum inuenit. *v.* DEYLING. *c. l. P. III. c. 6. §. 6. p. m. 518.* Conf. *ill. de* LEYSER *Vol. V. ſpec. ad π* CCXC. *p. m. 10. ſeq.*

Sponſalia diuiduntur I) in ſponſalia *de praeſenti*, et *de futuro*. De praeſenti; *v. g. Ego te duco in vxorem; Ego te accipio in maritum.* De futuro; *e. g. Ego te accipiam in vxorem*; vel: *Ego promitto tibi, me te ducturum in vxorem.* Quae quidem diſtinctio iure ciuili incognita, a) ſed a Pontificibus inuenta, et auctorem agnoſcit. ALEXANDRVM III. *in cap. 3. X. de ſponſa duorum, circa annum 1159.* quae repetita poſtmodum *ab aliis*

*Additio.*

a) Fundamentum tamen omnino in eodem iure habere credendum. Sicut enim pactum de vendendo ab ipſa venditione; Venditio vero conſenſu expedita, ab illa, quae per traditionem conſummata, plurimum diſtat; Ita quoque inter pactum de ineundis ſponſalibus; inter ſponſalia ipſa *conſenſu expedita*, et inter ſponſalia *actu connubiali conſummata*, admittenda erit diuerſitas. Quo argumento etiam vtitur HAHN ad *Weſemb. tit. de ſponſal. n. 3.* Et priorem illam diuerſitatem, *inter pactum* de deſpondendo, et *ipſa ſponſalia* agnoſcit etiam BROVWER *de iure connub. Lib. 1. c. 2.* BEZA *de diuort. p. 6. inf. ſeq.* *conf.* GVNDLINGIANA *cap. X. n. 1.* ibi: Gedancken über die *Sponſalia de praeſenti et de futuro. p. 377.*

*aliis Pontificibus* in *c. vlt. X. de coniug. lepros. c. 22. 31. 32. X. de ſponſal. v.* PAVL. CYPRAEVS *de ſponſal. c. 4. §. 3. n. 3.* Hodie vero haec diſtinctio parum vtilitatis habet, et ſponſalia *de futuro*, in ſenſu iuris hodierni, pro *tractatibus ſponſalitiis* ſaltem habentur, *a. l. 1. §. 11. de extraord. cognit.* qui non obligant, *v. g.* ſponſalia Impuberum. Et verba illa: ich will dich haben, nehmen ꝛc. non niſi abſurde explicantur: ich werde dich haben. *v. de* BERGER *Oecon. iur. lib. I. tit. 3. §. 4. p. m. 94.* Caeterum hanc diſtinctionem primo omnium impugnare coepit B. LVTHERVS *in libello* von Eheſachen. *Tom. VI. Viteberg. fol. 206.*

II) Sunt vel *publica* vel *clandeſtina*. Publica coram duobus teſtibus, *a. l. 12. ff. de teſt. a. c. 1. 2. X. de clandeſt. Deſponſ.* accedente parentum, qui ſuperſtites ſunt, conſenſu, contrahuntur. *a. l. 7. §. 1. h. t. i. l. 2. de R. N.* a)

III) Sunt vel *pura* vel *conditionalia*. Illa dicuntur, quorum obligatio non ſuſpenditur, *a. §. 2. I. de V. O.* Haec, quorum obligatio a futuro incertoque euentu dependet. *v.* MENCKEN, *in Theor. et Praxi Pandect. tit. de ſponſ. §. 16. p. m. 727.*

Not. 1) Sunt qui inter ſponſalia *de futuro* et *conditionalia* non diſtinguunt. *v.* HVBER. *Digreſſ. P. I. l. 2. c. 7. circa fin.* et SCHILT. *Inſtitut. iur. can. lib. 2. tit. 10. §. 3.* Quorum opinio

*Additio.*

a) Iure ciuili et canonico teſtes ad ſponſalia conſtitutionis ergo non requiruntur, modo eadem aliunde probari queunt. Ius igitur ſtatutarium, quod ad ſubſtantiam ſponſaliorum duos requirit teſtes, exorbitans eſt, ideoque ſtricte *de ſolis perſonis, quae parentibus deſtituuntur*, capiendum. Hinc ſponſalia liberorum etiam hodie valent, modo parentum conſenſus acceſſerit. Quo etiam inclinant verba *ordinat. matrim. tit.* von Ehegelöbniſſen in princ. wo auch zwo Perſonen ſo beyderſeits keine Eltern haben *v. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de ſponſal.* verb: *Deinde etiam parentum. p. m. 469.*

nio tamen exinde probabilis non videtur, quia ſponſalia *de futuro* nullam plane; ea autem, quae ſub conditione celebrantur, obligationem *ad* expectandum *conditionis euentum* inferunt, vt ſic pendente conditione neutri ex contrahentibus facultas poenitendi competat. *v.* THOMAS. diſſert. *de validitate coniugii inuitis parentibus contracti* §. *8.* i. CARPZ. *lib. II. def. 21. et 70.* STRYK *de Diſſens. ſponſal. Sect. I.* §. *30. p. m. 23.*

Nota 2) Ille, in cuius fauorem conditio adiecta eſt, eandem remittere et conſummationem matrimonii petere poteſt. *v.* CARPZ. *lib. I. def. 24.*

Nota 3) Omnis actus, qui conſenſu perficitur, per literas etiam celebrari poteſt. *v.* §. *vn. Inſtit. de obl. ex cons. l. 2.* §. *2. de O et A.* ex quo conſequitur, ſponſalia literis *amatoriis*, pro ſubſtrata materia, et contrahi et probari poſſe. *v. late* PETR. MVLLER, *Diſſert. de literis amatoriis. Ien. 1679. Conf. de* WERNHER *P. III. Obſ. XI. p. m. 40.* vbi praeiud. quod eiusmodi literae a duobus teſtibus ſubſcriptae eſſe debeant. b)

Nota 4) Annuli datione, ſponſalia contracta non cenſentur, *v. c. illud XI.* de *praeſumt*, niſi praeceſſerit tractatus honeſti amoris, et verba promiſſionem continentia *c. 3. noſtrates, XXX. qu. 5.* LAVTERBACH. *de arrha. th. 84.* plerumque enim

*Additio.*

b) Imo non tantum ſponſalia, ſed ipſum matrimonium *per literas* contrahi poteſt atque ſolet. Illuſtre exemplum perhibet *imperator* MAXIMILIANVS I. Hic enim cum *Maria*, Ducis Burgundiae, filia, matrimonium contraxit *per literas*: Quae et ipſa literis, conſentiente ac iubente Parente, ad *Maximilianum* perſcriptis, in nuptias petitas conſenſit. *v.* SIGISM. von Bircken im Spiegel der Ehren des Hauſes Oeſterreichs. *Lib. V. c. 26. Conf. diſp. mea*: De ſcripturae neceſſitate, *cap. I.* §. *15. ſeq. Lipſ. 1726. hab.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-137057-p0027-3

Ohne Eltern Conſens heiſ-

Es ſollen ſich keine Kinder, Söhne oder Töchter, wes

enim adoleſcentes puellis adamatis, viciſſim has illis iocularia et donaria mittere ſolent ad fouendum et conſolidandum affectum ἐρωτικὸν, vt ſit amoris aucupium. Amantes enim ſibi dictum eſſe putant, quod habet OVIDIVS *lib. II. de art. amand.*

*Munera, crede mihi, placant homineſque Deosque.*
*Placatur donis Iupiter ipſe datis.*

*conf.* Programma meum: de pecuniae efficacia. XV. *claſſ. II. p. 33.* Ex dictis facile iudicium *de prouerbio*: Gold bindet, ferri poterit. *v.* PETR. MVLLER, *de annulo pronubo*, von Jaworts-oder Trau-Ring. *Ien. 1684. conf.* HILDEBRAND, *de nuptiis veterum chriſtianorum, p. m. 38. ſeq.* et *Acta Eccleſ. Vol. I. Act. VI.* p. m. *34. ſeq.* vbi caſus de annulo dato recenſetur.

(Ad verba: Keine Kinder.) Liberorum adpellatione, *in iure ciuili*, non tantum liberi primi, ſed etiam vlterioris gradus veniunt, imo omnes deſcendentes liberi dicuntur. *v. l. 220. de V. S.*

(Ad verba: Söhne oder Töchter.) Hoc intelligendum non tantum de liberis adhuc in poteſtate exiſtentibus, *ſed etiam de emancipatis*, et qui *ſecundum matrimonium* contrahere volunt. Praxis enim Conſiſtoriorum docet, *etiam liberos emancipatos* ſine conſenſu parentum matrimonium contrahere non poſſe *v.* CARPZ. *Lib. II. def. 49. n. 6.* GERHARD *in loco de coniugio, §. 93.* quod in ſpecie in filiabus procedit, etiam ſi ſint emancipatae, *v. l. 18. C. de nupt.* cum plus periculi ſit in filia, quae propter ſexus et conſilii infirmitatem ſibi ipſi conſulere nequit. CYPRAEVS de *Sponſal. c. 17. §. 13. n. 2.* Per emancipationem enim reuerentia parentibus debita non tollitur. Appoſite proinde CATVLLVS:

*Virginitas non tota tua eſt, ex parte parentum eſt.*
*Tertia pars matri data, pars data tertia patri,*
*Tertia ſola tua eſt, noli pugnare duobus.*

v.

wes Alters ſie ſeynd, ohne Vorwiſſen und Einwilligung ſen ſie heimlich.

*v.* HEIG. *P. I. qu. 22. n. 59. p. m. 309.* Equidem ſi filia minorennis nubat, et ante annum aetatis *21.* vidua fiat, in patriam poteſtatem denuo non incidit; Cum ius patriae poteſtatis ſemel extinctum haud reuiuiſcat. *v.* SIMON van LEEWEN *Cent. forens Lib. I. C. 9. n. 13.* interim tamen per hanc tacitam emancipationem omnes patriae poteſtatis effectus illico non tolluntur. Et huc collimant etiam verba *noſtrae conſtitutionis h. l.* Es ſollen ſich keine Kinder ꝛc. *v.* NAEVIVS diſſert: *De veteri et noua liberorum emancipatione etc.* §. *9. Vitemb. 1705. conf.* BARTH. *de emancipatione Saxonica. Lipſ. 1713.* et BOEHMER *de ſtatu liberorum ſui iuris factorum. Hal. 1721.*

(Ad verba: Wes Alters ſie ſeynd.) De iure ciuili *pubertas minus plena* ſufficit, quae eſt in *Maſculis* annus XIV. in *Feminis* XII. completus. *a. l. 4. ff. de R. N.* Rationem, cur ius ciuile in hac tenera aetate permiſerit matrimonium, hanc reddunt: Vt bellis exhauſta Reſpublica Romana, ciuium legitimorum multitudine impleretur, et a lupanaribus, quae tum temporis erant permiſſa (*v. l. 4.* §. *3. de condict. ob turp. cauſ.*) adoleſcentes auocarentur. PLATO *lib.* IV. et VI. *de LL.* MASCVLIS annum XXX. praeſcripſit; Et ARISTOTELES XXXVII. vel XXXIIX. FEMINIS vero XVIII. *v.* HOMBVRG. ad *Inſtit. tit. de nupt.* § *10. p. m. 72.*

Veteres Germani ad matrimonium etiam non feſtinabant; Intra annum vigeſimum enim feminae notitiam habuiſſe in turpiſſimis habebant rebus. *v.* TACIT. *de morib. Germ. cap. XX. conf.* STRVV. *Syntag. Hiſtor. Germ. diſſert. III.* §. *34. p. m. 90.* In Electoratu noſtro de aetate nihil cautum, nimia feſtinatio tamen merito hoc iure improbatur. *v.* CARPZ. *lib. II. def. 12. n. 18. ibique praeiud. in fine adi.*

Nota 1) Mores locorum eſſe laudandos, vbi praeter aetatem, vt *maſculus* facultatem alendi familiam doceat, requirunt. Hoc *Geneuae* in ſpecie cautum; Alias aut a matrimo-

gung ihrer Eltern, als des Vaters, der Mutter, und

nio prohibentur, aut poſt matrimonii conſummationem vrbe eiiciuntur; *v.* MVLLER *de Hierologia. Sect. III. th.* 2. WITTENBERG. *Sel. iur. matrim cap* 1. §. 106 *p. m.* 82. STRYK. *V. M. de R. N.* §. 2. ZIGLER *in arte Rabuliſtica. cap. III.* §. 13. vbi caſum de ſtupratore refert, qui quaeſitus de futuro vitae genere quoad victum comparandum, reſpondit: er wolle ein klein Cauſen-machergen werden.

Nota 2) Si matrimonium inter diuerſae religionis, *v. g. Reformatae* et *Pontificiae* perſonas contrahendum, conceſſione *Supremi conſiſtorii* et ſub certis praecautionibus id fieri debere. Et ſi quis Religioni, quae in *Sacro Imperio* non toleratur, addictus, nubere velit feminae *Lutheranae*, v. g. ſi ſit *Arminianae ſectae* adſcriptus, plane non permittitur, niſi noſtram amplectatur religionem. Sic *Senatus Eccleſiaſticus* Conſiſtorio Lipſienſi reſcripſit, *die* 2. *Dec.* 1706. *v.* BEYER. *in addit. ad Carpz. Lib. II. def.* 6. *p. m.* 97. *conf.* Acta Eccleſiaſtica, *Vol. XXIII. Act. II. p. m.* 2049.

Nota 3) Hermaphroditis, niſi inſpectio corporis de ſexus praeualentia, praeceſſerit, (*v. l.* 10. *de ſtat. hom.*) matrimonium permittendum non eſſe. *v.* CARPZ. *lib. II. def. XVI.* et BEYER. *in addit. p* 98. *v.* HIERONYMI DELPHINI *eunuchi coniugium*, die Capaunen-Heyrath, vbi reſponſa theologica et iuridica in vtramque partem deprehenduntur. Multa de hoc matrimonio refert BRVCKNER *dec. matrim. cap. XII.*

(Ad verba: als des Vaters.) De IVRE CIVILI huius conſenſus requiritur, ob effectum patriae poteſtatis, *v. Pr. Inſt. de nupt. l.* 4. *de R. I.* et neceſſarius eſt ſub poena nullitatis. IVRE NATVRALI deſideratur, ſub nota impietatis. Naturalis ratio autem conſiſtit 1) in amore, obſequio et reuerentia, quam dulciſsimis parentibus liberi debent. *v. l.* 2. de I et I. 2) in eo, quia parentes optimum conſilium pro liberis habere

und da die nicht vorhanden, des Groß-Vaters und Groß-Mutters verloben. Und wenn gleich ſolches geſche-

habere praeſumuntur. IVRE DIVINO (v. STRYK *V. M. tit. de ſponſal.* § *19 p.38.*) et CANONICO parentum conſenſus non eſt de neceſſitate, ſed honeſtate. *v.* HAHN ad WESEMB. *tit. de R. N. n. 3.* ad verba: *horum enim conſenſus. p.m. 653. Conf. ill. de* LEYSER Vol. V. ſpec. ad π CCXCI. *per tot. p. m. 23. ſeq. v. l. 25. de R. N. l. 7. §. 1.* de ſponſal.

(Ad verba: Der Mutter.) De iure igitur noſtro Saxonico matris conſenſus (*patre mortuo*) praeciſe exigitur. *v.* CARPZ. *lib. II. def. 44.* quam ſententiam pro recepta vſu Germaniae apud Euangelicos habuit F. I. L. M. *Ian. 1704. M. Dec. 1709. et Octob. 1711.* teſte MENCKEN. *in Synopſ. Inſt. ad tit. de nupt. pr. p. m. 50.*

(Ad verba: Des Groß-Vaters und Groß-Mutters.) Tutorum et curatorum conſenſus, in Saxonia praeciſe non requiritur, validaque ſunt ſponſalia, his inuitis contracta. *v.* CARPZ. *Lib II. def. 46.* Sic reſp. F. I. L. *M. Martio 1706. v.* MENCKE, *in Theor. et Prax. π. tit.* de ſponſ. §. *19. p. 729.* Vt tamen non exiſtentibus parentibus horum conſenſus adhibeatur, pietas pariter ac honeſtas ſuadet. IDEM *c. l. def. 47.* Alicubi praeciſe horum conſenſus requiritur, vti v. g. in ducatu Luneburgenſi, *per O. P. Luneburg. c 30.* idem Hildeſiae conſtitutum. *v.* HOMBVRG. *ad Inſt. p. m. 71.* De conſenſu vitrici notandum, quod quidem ad ſponſalia priuignorum neceſſarius non ſit; honeſtas tamen poſtulat, vt idem, conſilii cauſa, als ein Gutachten, imploretur. *v. de* BERGER *P. I conſil. 193. p. m. 187 conf. omn.* THOMAS. diſſert. *de vſu iuris paterni Romanorum ſecundum mores Germaniae et ius Boruſſicum reuiſum. c. II. §. 1. p. 20. ſeq.* et *de* LVDEWIG *diſſertat.* cui titulus: *Differentiae iuris Romani et Germanici in conſenſu connubiali extra patrem, 1) matris, 2) tutorum, 3) conſangui-*

geſchehe, ſoll ein ſolch Verlöbniß, ungeachtet, ob daſſelbe in anderer Leute, als Gezeugen Beyſeyn geſchehen, für heimlich gehalten, und für unbündig erkannt, und die Perſonen in unſern Landen nicht getrauet werden.

Und

*ſanguineorum*, 4) *Sacri antiſtitis*, 5) *Principis*, ſeu *Imperatoris*, 6) *Domini feudi*, 7) *Ordinum Prouinciae*, 8) *Propatrum*, Gevattern, 9) *Magiſtratus Militaris*, 10) *Villaris Dynaſtae. Hal.* 1720. *add.* BEYER *ad Inſt. tit. de Nupt. poſit 66. lit 5.*

*Nota.* Sponſalia militum, von Wachtmeiſter bis auf den Gemeinen, ad quos etiam chirurgi, die Feldſcherer referuntur, non niſi conſenſu tribuni, valide contrahuntur. *v. Mandat. de anno 1709. in. C. I. Eccl. Sax. p. 480.* Licet vero milites tribuni conſenſum impetrauerint, proclamatio tamen trina nihilominus peragenda. *v.* DEYLING. *Inſtit. prud. paſtor. P. III. c. 7. §. 19. in f. p. m. 572. conf. de matrimonio militari* BEYER ad CARPZ. *p. 117. ſeq.* IO. GEORG. BERTOCH. beſonderes Recht der Soldaten in Ehe- und Schwängerungs-Sachen, *Zittau. 1729. 8vo.*

(Ad verba: nicht getrauet werden.) *De proclamatione publica ex ſuggeſtu* Conf. *Art. gen.* XIII. von der Copulation und Hochzeit. In C. I. E. S. *p. 48.* Copulationem regulariter praecedere debet *proclamatio ex ſuggeſtu*, das öffentliche Aufgebot in der Kirche. De qua igitur quaedam hoc loco praemittenda. Deſcribitur autem haec proclamatio *ab Ioan. Franc.* BORNIO. in Diſſertatione ſua inaugurali, *de bannis nuptialibus, Lipſ. 1693. habita*, §. 3. hunc in modum: *Banna nuptialia ſunt denunciationes, quibus indicatur Eccleſiae, inter hunc et illam matrimonium contractum, et propediem conſummandum eſſe, cum annexa prouocatione, et quaſi citatione, ad eos, qui accuſare illud ex legitima cauſa et volunt et poſſunt, vt hoc tempeſtiue agant, adiuncta ſimul poena ſilentii et ſeuera comminatio-*

*minatione, quod, poſt deſtinati temporis lapſum audiri amplius non debeant.* Sedes huius proclamationis eſt in *cap. fin.* X. *de clandeſt. deſponſ. iunct. c. 27.* X. *de ſponſal.* et *c. 6.* X. *qui matrimon. accuſar. poſſ.*

*Nota 1)* Morem hunc eſſe vetuſtiſſimum; Deriuat enim eum BARONIVS *in Annalib. Eccl.* a tempore Apoſtolorum; Et TERTVLLIANVS (*qui vixit in fine ſeculi.* II. *poſt Chriſtum natum*) dicit eundem ſuo tempore obtinuiſſe, vocatque *conciliationem contrahentium. v.* HAHN ad WESEMB. *tit. de R. N.* ad verba: *benedicente nubentibus. p. m. 660.* De iure canonico clericus, qui benedictionem coniugii peragit, ſine praeuia proclamatione, per triennium ſuſpenditur. *v. c. vlt. X. de clandeſtina deſponſ.* Conf. *omn.* NAEVIVS *de iure coniugum, cap. V. §. 2. ſeq. p. m. 435.*

*Not. 2)* Hanc proclamationem introductam eſſe potiſſimum, vt inceſtis prohibitisque nuptiis ſ. coniunctionibus, vel aliis incommoditatibus, quae inde oriri ſolent, in tempore et re adhuc integra, occurratur. *Conf.* DEYLING. *c. l. P. III. c. VII. § 16. et 17. p. m. 567. ſeq. v. Art. General. XIII. ab initio, in C. I. S. E. p. 49.*

*Nota 3)* Trina regulariter eſſe debet, *v. O. M. E. puncto quinto,* C. I. S. E. *p. 385.* §. es ſollen aber. *Et mandat. El. d. A. 1683. die 20. April. pag. 466. it. Art. gen. XIII.* C. I. S. E. *p. 49.* §. es ſollen. et quidem praeciſe diebus dominicis inſtituenda, quia tunc maior numerus auditorum eſſe ſolet, adeoque facilius ad notitiam eorum, quorum intereſt, matrimonium, quod intenditur, peruenire poteſt. *v.* CARPZ. *lib. II. def. 137. n. 8.* Iure *Sax.* pro trina proclamatione facta parocho *vnus groſſus* ſoluendus eſt. *v. art. gener.* XXVI. *in* C. I. S. E. *p. 71.* Parochiani vero liberalitatem exercere et plus offerre poſſunt; Clericus autem memor ſit *l. 1. §. 5. de extraord. cognit.* quod *ſcil.* multa circa eiusmodi accidentias, *honeſte* accipiantur (*ſi offerantur*) non vero honeſte petantur, *ſi non dentur.*

*Not. 4)* Quoad numerum proclamationum variatum eſſe in

in Eccleſia; Ex ſanctione enim INNOCENTII *in cap. 3. X. de clandeſt. deſponſ.* arbitrio parochi relictum videtur, an ſemel ſaltem eandem facere, an ſaepius repetere velit, ſed ita tamen, vt terminum ipſe praefigat, intra quem ad accuſationem et teſtificationem venire liceat, *d. c. 3.* Sic *Tugurini* vi conſuetudinis obtinet, vt ſemel tantum fiat publica proclamatio et deinde per *14.* dierum ſpatium expectetur, antequam copula ſacerdotalis accedat, vti ex eruditis iſtius loci percepi. Eadem obſeruantia *Francofurti ad Moenum* deprehenditur, vi cuius vnica tantum ſufficit proclamatio, *teſtibus* SPEIDELIO in ſpeculo *ſub voce:* Eheverkündigung, et KIZELIO in *Synopſi matrimon. c. 4. theor. 6.* lit. G. H. *conf.* BRVNNEM. *I. E. Lib. II. c. 16. n. 6. ibique* STRYK. Concilium vero *Tridentinum ſeſſ. 24. c. 1. v.* CARANZA in *Summa Concil. p. m. 777.* trinas denunciationes fieri debere ſtatuit. Quam conſuetudinem iam ante concilii *Tridentini* tempora obſeruaſſe Eccleſiam Anglicanam teſtatur LINDWODVS *in Prouinciali Cantuarienſi, lib. 4. tit. 1.* Et hic mos in plerisque locis hodie frequentatur.

*Nota 5*) Si proclamatio *vel* contrahenda, *vel* omittenda, diſpenſatio eſt impetranda. *v.* CARPZ. *lib. II. d. 139. 140.* Conſiſtoria vero hanc poteſtatem ſibi regulariter tribuere non debent, niſi cauſa neceſſitatis ſubſit. *Id c. l. def. 141.* quia in caſu neceſſitatis recedere licet a regulis iuris communis.

*Nota 6*) Perſonis nobilibus priuatas copulationes eſſe conceſſas, nec diſpenſationem impetrare debere. Pertinent huc verba *ordin. Polit. de A. 1661. Tit. XVI.* §. *1.* Jedoch können wir geſchehen laſſen, daß die von Adel, *graduirte* und andere in unſer und unſerer Brüder L. L. L. Raths-Beſtallungen, oder fürnehmen Raths-Collegiis begriffene Perſonen, die *Copulationen* in Häuſern, ohne *diſpenſation*, verrichten laſſen mögen. C. I. E. S. *pag. 430. v.* BEYER *ad* CARPZ. *lib. II. def. 137. in f. p. m. 116. et def. 142. p. 119.* Et hanc conſuetudinem Regio-Electorali Reſcripto (*anno 1732.*) ed conſiſtorium Lipſienſe confirma-

firmatam eſſe, aſſerit DEYLING. *in Inſtit. prudent. paſtor. P. III. c. VII. §. 16. in f. p. m. 569.* Bene autem obſeruat HORNIVS *in addit. ad* SCHILT. *I. I. C. lib. II. tit. XI. §. 9. v. nobiles*; extra Nobiles et Conſiliarios praxin in Aula noſtra hodierna aliud exigere.

*Nota 7)* Si proclamatio in aliquorum notitiam non peruenerit, eis quoque nocere non poſſe. Ignorantia tamen iureiurando confirmari debet. *v.* BERL. *dec. 76. ibique praeiud. conſ. omn.* ZIGLER. *ad Lancell. I. I. C. lib. II. tit. XV.* verb. *minime concedendum, p. m. 472.* HORN. *c. l. §. 5. v. exquirantur. p. m. 393.*

*Nota 8)* Si proclamatio ob diſpenſationem penitus omittatur, deſponſatis plerumque iniungitur, vt iureiurando, *vel* verbis, iuramenti vim habituris, et ſtipulata manu, an Eydes ſtatt, unter gegebenen Handſchlage, Superintendenti ſancte adſeuerent, daß ſie ſich ſonſt mit niemand der Ehe wegen eingelaſſen. *v.* DEYLING. *c. l.*

## De confeſſione auriculari.

Cum vero multis, praeſertim plebeii ordinis hominibus in more poſitum ſit, vt pendente proclamatione Sacra vtantur Synaxi; id quod innuit etiam *Art. Gener. XIII.* §. erſtlich. item Ehe-Ordn. Puncto V. §. Erſtlich wenn neue ꝛc. *circa fin.* Hinc de hac, et confeſſione antecedente, pauca hoc loco adnotabimus. Diuidunt confeſſionem in *publicam ſ. generalem*, et *ſpecialem ſ. priuatam.* Illa fit in coetu publico et in genere; Haec vero fit *partim* DEO, omni tempore, *v. I.* IOAN. I. 9. *Prou. XXIIX. v. 13. Pſalm. XXXII. 3. partim* proximo a nobis laeſo, IAC. *V. 16.* MATTH. *V. 23.* a) *partim* eccleſiae miniſtro priua-

*Additio.*

a) Vide notabilem talem confeſſionem *Ferdinandi Imperatoris* confeſſionarii, erga imperatorem ipſum, quam refert LOEDERER in ſuo ſyſtemate, *P. I. c. 7. §. 29. p. m. 107.*

priuatim, cui in aurem quaſi traduntur, et ſecreto narrantur peccata, proptereaque etiam *auricularis* dicitur. *v.* DEYLING. *c. l. P. III. c. 4. §. 9. ſeq. p. m. 398.*

*Nota 1)* Mandatum *auricularis confeſſionis* diuinum, non habemus; Nec etiam in primitiua eccleſia cognita fuit. Antiquior vero eſt INNOCENTII III. temporibus, ad quem vulgo refertur. *v.* KOENIG. *caſib. conſc. cap. 5. caſ. 1.* conf. LOEDERER. in Syſtemate von wahren Unterſcheid der Evangeliſchen und Päbſtiſchen Kirchen. *P. III. art. IX. c. I. p m. 2098. ſeqq.* Fleiſchers Einleitung zum geiſtl. Rechte, *Lib. II. c. 5. p. m. 321. ſeq.* Nemo tamen diffitebitur eſſe pium et vtile inſtitutum, ab eccleſia ad promouendam membrorum ſuorum aedificationem et ſalutem introductum. Audiamus de hac BRVNNEM. *I. E. lib. III. c. 2. §. 8. Si nulla eſſet,* inquit, *alia cauſa retinendae priuatae confesſionis et abſolutionis, certe haec ſufficeret, vt paſtores animarum habeant opportunam occaſionem, ſingulos monendi ſui officii et a vitiis abſterrendi. Nam hoc tempus, hic locus eſt, vbi ferociores etiam ſolent ſe ſubmittere admonitionibus paſtoris. conf.* CHEMNITII *Exam. Conc. Trident. P. II. Loc. IX. f. 542.* et IO. DALLAEI tractatus: *de auriculari confeſſione,* it. IAHNII diſſert. *de hiſtoria conf. auricul.* Late de hoc argumento agit *Art. Gener. VII. v. C. I. S. E. pag. 27.* SYNODAL-*Decret.* §. anlangend die Beichte und Abſolution ꝛc. c. l. *p. 361. ſeq.* Revidirtes *Synodaliſches General-Decret,* §. *31. p. 452.* i. *Auguſt. confeſſio Art. XI.* Formulare abſolutionis *vide* in Kirchen *Agenda, C. I. S. E. p. 131. ſeq.* Qua vero vtuntur Romano-catholici, *v.* Pfaff in Tr. vom Urſprunge des Kirchen-Rechts, *c. 4. ſect. 3. lit. g. p. m. 351. ſeq. conf.* Evangeliſcher Ablaß-Schatz, oder neue Abſolutions-Formuln, aus allerhand Lehr- und geiſtreichen alten und neuen Liedern, oder Kirchen Geſängen geſamlet, und in zwey Theile abgetheilet. Autore M. Chriſtian Philipp Leutwein. (8) Nürnberg, 1711. Conf. *omn.* Mengering. *in informatorio conſcientiae euangelico, Dom. XIV. poſt. Trinit. p. m. 757. ſeqq.*

*Nota 2)*

*Nota 2)* Confeſſionem auricularem non in omnibus locis Euangelicis vſu frequentari, cum a Theologis noſtris pro abſolute neceſſaria non requiratur. *v.* BECHM. *in Theolog. conſcientiaria, ſect. 3. c. 10. p. 137. conf. Mandat. Regis Boruſſiae d. a. 1698.* quo libertas ita confitendi, vel non, permittitur, et prohibetur, ne quis inuitus ad hanc confeſſionem priuatam compellatur, aut ob illam omiſſam, repellatur a ſacra coena, legi hoc poteſt apud BOEHMERVM *in iure paroch. ſect. IV. c. 1. §. 18. p. m. 197.*

*Nota 3)* In ordinatione *Vinar. P. II. c. 13. §. 11.* cautum eſſe: *ne paſtor propriam vxorem vel liberos abſoluat. Conf. Acta Eccleſ. P. I. p. m. 32.*

*Nota 4)* Confeſſio in qualibet lingua, etiam per interpretem fieri poteſt. *v.* CARPZ. *L. II. d. 278.* Sic etiam mutus et ſurdus, qui nutu, geſtu, aut ſcriptura ad interrogationem confeſſionarii reſpondet, de fide ſua, et peccata ita confitetur, abſoluendus eſt. *Id. c. l. n. 9. 10.* HOEPFNER *de vſu ſ. coenae, tr. 1. p. 381 .v. omn.* BEYER *ad* CARPZ. *lib. II. def. 278. pag. 154.*

*Nota 5)* Nemini poenitenti et confitenti peccata, deneganda eſt abſolutio. *v. c. 5.* X. *de poenit. art. gener.* X. in C. I. S. E. p. 38. et 39. Vide notabilem caſum IVSTINI TOELNERI, qui auditores repellebat, weil ſie ihm nicht verſprechen wolten, das Pfingſt-Bier nicht mehr zu trincken, quem refert TITIVS *in Iur. Eccl. Lib. III. c. IV. §. 9. p. m. 465.*

*Nota 6)* Miniſter eccleſiae ſub ſigillo confeſſionis ſibi concredita, reuelare non debet, *v. diſt. 6. de poenit. concil. Lateran. c. 21.* STRYK *de credentiae reuelatione, c. II. n. 58.* id quod apud nos ſub poena ſuſpenſionis prohibetur. *v* BEYER *de ſigillo confeſſionis, §. 12. ſeq.* niſi delictum confeſſatum vergat in Regis, vel cuiuscunque ſupremi Magiſtratus, vel Regni aut Reipublicae imminens exitium, tunc enim detegendum, niſi confeſſionarius culpam in ſe deriuare et reum ſanguinis innocentis ſe ipſum facere velit. *v.* BECHM. *in Theol.*

*conſcient. p. 124. conſ.* BEYER *ad* CARPZ. *lib. III. def. XXV.* vbi hac de re notabile Reſcriptum Regis Poloniae et Electoris Saxoniae *d. A. 1713.* concernens famoſum latronem *Lips Tullian. i.* SCHILT. *I. I. C. lib. II. tit. IV.* §. *19.*

*Nota 7)* Diſtinctionem eorum, *an aliquid miniſtro eccleſiae ſub ſigillo confeſſionis*, aut *ſub ſecreto* concreditum fuerit? Ob es ihm gebeichtet, oder nur vertrauet worden? de qua STRYK *in not.* ad BRVNNEM. I. E. *Lib. II. c. 19.* §. *22.* etiam in Electoratu eſſe adprobatam. *v. Reſcriptum Regium* quod habet BEYER ad CARPZ. *lib. II. def. XXV. p. 200.*

*Nota 8)* Si miniſter eccleſiae ea, quae in confeſſione audiuit, reuelat, actione iniuriarum conueniri poteſt, vti *arg. l. 1.* §. *38. depoſ.* ſtatuitur. *v.* SIMON, *de actionibus iniuriarum ſacerdotem concernentibus, Ien. 1676. memb. 2. th. 7.* in eius *praeſid. Academ. Tom. II. 3.* et ex hoc BEYER *c. l. p. 225.*

*Nota 9)* Actionem *ex l. diffamari*, non facile contra clericum locum inuenire, *v.* BRVNNEM. *I. E. lib. II. c. I.* §. *37.* vbi hac de re ſequentes refert rhytmos:

*Si agas ex lege diffamari*
*Petasque paſtorem citari,*
*Tam diu debes incarcerari*
*Donec diſcas deprecari*
*Et miniſtros Chriſti venerari.*

## De nummo confeſſionario.

Circa confeſſionem eccleſiae miniſtro a confitentibus plerumque aliquid offerri ſolet, quod numum confeſſionarium, den Beicht-Pfennig, vocant, de quo hoc loco ὡς ἐν παρόδῳ quaedam dicam. a) Deſcribitur quod ſit *donatio quaedam intuitu obtentae*

*Additio.*

a) Numus confeſſionarius ad iura ſtolae, Pfarr-Amts-Gebühren, pertinet. Quo nomine veniunt, quod ſoluitur, v. g. pro abſolutione, baptiſmo, benedictione, precibus publicis, proclamatione, concione funebri etc. *v.* late BOEHMER in *iure paroch. Sect. VII. c. 2. per tot.*

*tentae abſolutionis a peccatis poſt confeſſionem a confitente confeſſionario ad declarandam animi gratitudinem facta, iure et ratione permiſſa.*

*Nota 1*) Originem huius numi in ἀγάπαις veterum quaerunt, ex quibus clericis portio praeſtabatur; ceſſantibus vero illis, aliis modis, et ſpeciatim hoc numo clericorum neceſſitatibus ſubuentum fuiſſe, exiſtimant. Probabile vero eſſe, illum tunc coepiſſe, quando doctrina de indulgentiis aere impetrandis, in eccleſia Romana recepta eſt. *v.* KOENIG *Caſ. conſcient. c. 12.* conf. Fleiſchers Einl. zum geiſtl. Rechte. *lib. II. c. 5. §. 34-40. p. m. 331. ſeq. edit. nou.*

*Nota 2*) Graecae religioni addicti *ſeu* Orientales chriſtiani *numum confeſſionarium*, tanquam ſingulare quoddam clericorum lucrum ſimpliciter reiiciunt; Idem ſentiunt ſic dicti *Quackeri*, qui ſalaria, decimas, numos confeſſionarios, vt et arbitraria munuſcula miniſtris eccleſiae praeberi ſolita, damnant. Quibus tamen ſolide reſpondet eorumque rationes refutat, inſigne theologorum orthodoxorum Decus D. *Hieronym.* KROMAYER, *in ſcrutinio religionum diſp. II. de Anatoliciſmo th. 17. et diſp. V. th. 78.*

*Nota 3*) Retineri quidem hunc numum in eccleſiis noſtris plerisque Lutheranis, non tamen in omnibus. Neutiquam vero ius perfectum hunc exigendi competit Eccleſiae miniſtro. *v. Art. gener. XXVI.* C. I. I. E. *p. 71.* ſecundum quem nemo ad praeſtationem huius numi tenetur. Et huc etiam referunt quod VLPIANVS *in l. 1. §. 5. de extraord. cognit.* ſcribit: *quaedam honeſte accipiuntur, inhoneſte tamen petuntur. v.* BOEHMER *in iure paroch. Sect. VII. c. 2. §. 12. p. m. 420.*

N*ota 4*) A plerisque ſtatui, longe ſatius eſſe, ob maximos abuſus, ſi tota haec res e medio tolleretur, et aliis modis conſuleretur eccleſiae miniſtris. *v.* SCHILTER *I. I. C. lib. II. tit. IV. §. 17. ibique* HORN. CARPZ. *lib. I. def. 118. ſeq.* BALDVIN. *de caſib. conſc. lib. IV. c. 10. caſ. 5.* DEDEKENN. *conſil. theolog. vol. I. part. 2. ſect. 3. conſ. 37. et 38.* BRVNNEM. *I. E.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-137057-p0039-3

*lib. II. c. V.* §. *7.* ibique STRYK, ad verba: *ſolet confeſſionario etc.* conf. DEYLING. *c. l. P. III. cap. IV.* §. *39. p. 438.* STOCKMANN *de abuſu iuris patron. p. m. 448.* MVLLER *de numo confeſſionario. Ien. 1715. rec.* ENGELICKE, *de numo confeſſionali et oblatorio. Roſt. 1707.*

## De vſu ſacrae coenae.

Peracta confeſſione priuata, ſine qua nemo, in his terris ad vſum ſacrae coenae admittendus, ipſa ſequitur ſacra communio, de qua, tam intuitu miniſtri eccleſiae, quam confitentium, cum attentione legi meretur *art. gener.* VIII. in C. I. E S. *p. 30. ſeq. Auguſt. conf. art. 10. 13.*

*Nota 1)* Quaeritur: an aliquis ſibi ipſi ſacram coenam adminiſtrare poſſit? Adfirmat hoc CARPZ. *lib. II def. 293.* in caſu neceſſitatis. Idem ſtatuit BRVNNEM. in I. E. *Lib. I. cap. 6. membr. 4.* §. *12. p. m. 153.* et ad hunc §. STRYK. Alii vero hoc nolunt admittere argumento ducto a baptiſmate: *ſcil.* nemo ſe ipſum baptizare poteſt, *v. c. 4. X. de baptiſm.* et SCHILT. *I. I. C. Lib. II. tit. 2.* §. *7. et 8.* ergo nec ſibi ipſi ſacram coenam adminiſtrare debet. Hinc putant huc etiam pertinere dictum AVGVSTINI: *crede et manducaſti. v.* HORN. *in not. ad* SCHILT. *I. I. C. lib. II. tit. 3.* §. *2. v. conceſſum. p. m. 258.*

*Nota 2)* Sacramentum hoc diuidendum non eſſe, nec corpus ſine ſanguine ſumendum. De qua re verba *Papae* GELASII *in c. comperimus, 12. diſtinct. II. de poenit.* ſunt notabilia. *Aut*, inquit, *integra percipiant aut ab integris arceantur: quia diuiſio vnius eiusdemque myſterii* NB. ſine grandi ſacrilegio *non poteſt prouenire.* Non eſt huius loci vt plura hac de re adferam, de qua legi meretur DEYLINGIVS *in obſeruat. miſcellan. p. m. 316. ſeqq.* obſeruatione VI. cuius rubricam hic ſaltem recenſebo, quae ſic concepta: *Abrogatio calicis ſacri, noua et inſignis corruptela eſt, ante ſeculi XII. finem in eccleſia inaudita, et in Concilio demum Conſtantienſi ann. MCCCCXV. ſolenni decreto ſancita. Conf.* ALBERTI *Intereſſe Religionum, art. IX.* vom Abendmahle des HErrn. *Edit. germ. p. m. 556. ſeq.* BRVNNEM. *I. E. lib. II. c. I. membr. III. p. m. 250.* ibique STRYK. *No-*

*Nota 3)* An Euangelicae religioni addictus, in vſu ſ. coenae ſacerdotem *Rom. Catholicum* adhibere poſſit, ſi *ſub vtraque* ſacram coenam adminiſtrare velit? Item, an Reformatae religionis ſacerdotem tuto adhibere quis queat? controuertitur; *v. omn.* NAEVIUS *in iure clericor. p. m. 400. ſeq.* vbi ex HOEPFNERO vtraque quaeſtio negatur. *conf. Miſcellanea* LEIBNITII *n. 101. p. m. 196.*

*Nota 4)* Ab vſu ſacrae coenae coniuges, pendente ſeparationis proceſſu, non ſunt arcendi. *v.* BEYER *c. l. def. 280. p. m. 156.* Idem dicendum videtur, lite orta inter ſponſum atque ſponſam de matrimonii conſummatione.

*Nota 5)* Sacra communio regulariter in Sacra Eccleſia celebranda, non vero in aedibus priuatis, nec in ſacello, der Sacriſtey, niſi intuitu praegnantium, aegrotantium, peregrinantium etc. neceſſitas aliud ſuadeat. *v. Mandat. Regium, de dato Dresd. d. 26. Mart. 1706.* in C. I. E. S. *p. 479.*

## De copula ſacerdotali.

Deueniendum nunc ad ipſum copulationis actum, qui aliquando *ſimpliciter*, ſine omnibus ambagibus, expeditur, prouti ipſe in der Kirchen-Agenda, *C. I. E. S. pag. 126.* deſcribitur. Aliquando vero ſermo a miniſtro eccleſiae huic actui coram altari praemittitur. Imo quibusdam in locis Electoratus concio ex ſuggeſtu habetur. a) Ad mores igitur locorum hic potiſſi-

*Additio.*

a) Cuiusmodi generis conciones euulgauit IOANNES GEERMAN, olim paſtor *Koebenſ.* ſub titulo: *Nuptialia*, oder CXLV. Chriſtliche Trauungs-*Sermones*, in fünff unterſchiedliche Theile abgetheilet. (4) Nürnberg, *1718.* *conf.* Kleſſens Verlöbniß und andere Reden. (8) *Ien. 1713.* Pertinent huc etiam conciones XVI. nuptiales, a *M. Io. Mattheſio* habitae; Cuius libri, cum in paucorum ſit manibus, titulum hic recenſebo: Hochzeit-Predigten, vom Eheſtand und Hausweſen, wie

potiſſimum reſpiciendum. De concionibus in genere quo tempore et quomodo inſtituendae, et quam diu durare debeant, *v. art. gener.* III. C. I. E. S. *p. 10. ſeq. i. Mand. Reg. d. A. 1708. d. 9. Martii. ibid. p. 480. conf.* DEYLING. *Inſtit. prud. paſtor. P. III. c. 2. p. 282.* Formularia concionum funebrium exhibet Kirchen-*Agenda*, C. I. E. S. *p. 152.* conf. *art. general. XV.* §. Darzu denn auch *ſeq. p. 55.* vbi a pauperibus pro concione funerali nihil exigi debet.

His in genere adductis, deſcribimus nouorum coniugum copulationem et ἱερολογίαν ſeu benedictionem ſacerdotalem quod ſit *actus ſolennis quo eccleſiae miniſter perſonas deſponſatas in facie eccleſiae copulat, iisque benedicit, quod de matrimonio rite et honeſte, conſtituto ac conſummato eo melius conſtet, moribus receptus ac vſitatus.*

*Nota 1*) Hunc ritum benedictionis ſacerdotalis in *Eccleſia Iſraelitica* in vſu fuiſſe, theologi colligunt *ex Pſalm.* CXXVIII. 2. *v.* GERHARD. *tom.* VII. *locor. theol. de coniugio, c. IX. §. 459. p. m. 701.*

*Nota 2*) Tempore Apoſtolorum vſitatum fuiſſe hanc benedictionem, de qua teſtatur BARONIUS *in Annal. Eccleſ. ad ann.*

wie man den heiligen Eheſtand chriſtlich anfahen, ſeliglich vollführen, und in allerley Haus-Creutz mit GOttes Wort ſich tröſten und aufrichten, auch wie man ſich auf ehrlichen Hochzeiten in allerley Gefällen züchtig und unſchädlich halten ſoll. Allen Chriſtl. Freyern, Eheleuten, Heyraths-Stifftern und Hochzeit-Gäſten zum Unterricht ſehr nützlich und nothwendig. Durch den alten Herrn *M* Johann Mattheſium ſeligen, Pfarrnern in St. Joachimsthal. Gedruckt zu Nürnberg, durch Dietrich Gerlach, M. D. LXXV. Vltimam ex his concionibus, quae *de vino illiusque recto vſu* concepta, ob dignitatem ſuam iterum typis exſcribi curauit IVL. BERNHARD *de Rohr*, notisque criticis et moralibus lectu dignis adauxit. *Coburg. 1738.* (8) *conf.* Jacob Brüßings Trau- und Bau-Reden. Roſtock, *1719.* (8)

*ann. Chriſti, 57. conf. c. I. cauſ. XXX. qu. 5.* ex quo loco adparet, morem hunc vetuſtiſſimum eſſe, quia EVARISTVS, qui vixit *anno Chriſti 97.* de hoc iam teſtatur.

*Nota 3)* Omni tempore ab initio Eccleſiae matrimonium legitimum multis abominabile quaſi fuiſſe. Referuntur huc *Saturniani, Marcionitae, Manichaei, Tatiani* vel *Encratitae, Valeſii, Apoſtolici, Adamitae, Priſcillianiſtae, Miſantropi etc.* de quibus ſingulis *v.* IOACH. HILDEBRAND in libello: *De nuptiis veterum chriſtianorum. Helmſt. 1714.* Statim ab initio.

*Nota 4)* Copulam ſacerdotalem humanum ſaltem eſſe inſtitutum, nec iure diuino ad eſſentiam matrimonii requiri. *v.* DEDEKENN. *in conſil. Theol. P. III. lib. II. de ſponſalibus. ſect. I. n. 41. Meu. P. II. dec. 82.* PEREZ. *ad C. tit. de nupt. n. 12.* et omn. HILDEBR. *de nupt. veter. chriſt. p. m. 90. ſeq.*

*Nota 5)* In *Belgio* conſuetudinem obtinere, vbi coram magiſtratu nuptiae declarari poſſunt. *v.* VINN. *ad §. 1. Inſt. de patr. poteſt.* HVBER *in prael. ad Inſtit. tit. de nupt. §. 1. et ad π. tit. de R. N. §. 11.* BROVWER *de iure connub. c. 27. n. 5. et 23.* Quanquam illis ibi, quibus *Concilium Tridentinum* in obſeruantia, ob neglectam copulationem Eccleſiaſticam, poena pecuniaria imponi ſoleat, et iubentur benedictioni morem gerere. HVBER. *c. l.* SANDE *lib. II. deciſ. Friſ. tit. 1. def. 1.*

*Nota 6)* Hodie in plerisque locis ex ſola copula ſacerdotali legitimum aeſtimari matrimonium, hinc deſponſati, maxime ſi ſponſus ſponſam ſuam deflorauerit, ad eum cogi poſſunt. *v. c. 1.* XXX. *qu. 5.* WESEMB. *conſ. 44.* CARPZ. *lib. II. def. 132.*

*Nota 7)* Lite orta inter ſponſum atque ſponſam, miniſter eccleſiae nec proclamationem, multo minus copulam peragere debet, donec conſtet, proceſſum plene finitum. *v. Mandat. Reg. de dato Dresd. d. 2. Iunii 1719.* in *C. I. E. S. p. 497.*

*Nota 8)* Ad hanc benedictionem impertiendam non praeciſe opus eſſe, ut ſacerdos cum copulandis eiusdem religionis ſit, ſed poteſt ab *Auguſtanae confeſſioni* addictis, etiam Ro-

mani cultus miniſter adhiberi, ſi ſuae religionis virum habere nequeat. v. MVLLER *de Hierologia*, *ſect. II. th. 1.*

*Nota 9*) A quibusdam ſtatui, quod quis ſe ipſum copulare poſſit, argumento ſumto a ſacra cœna. Exempli huius meminit THEOPHIL. ALETHAEVS, (*i. e. Ioan. Lyſerus*) *in Polyg. triumph. th. 43. §. 1.* quod tempore Reformationis in *Curlandia* paſtor fuerit, omnium paſtorum *Curlandicorum* primus, qui vxorem duxit, et quia nullus ex miniſtris eccleſiae adfuit, qui ipſi benedicere poſſet, ſibi ipſi benedictionem ſacerdotalem *more ſolito* in praeſentia Patroni Eccleſiae impertierit, cuius paſtoris coniugium poſtea ſemper ratum et legitimum fuit, non minus ac circumſio *Abrahami in* V. T. v. WILLENBERGII *Select. iur. matrim. cap. 1. §. 51. p. m. 80.*

*Nota 10*) Ritus circa matrimonium contrahendum pro more locorum eſſe varios. Sub titulo *Pandectarum de Ritu Nuptiarum* nihil reperitur. Recenſet vero *Romanorum* ritus HEINECCIVS *in antiquitat. ad tit. Inſt. de nuptiis, p. m. 142. ſeq.* cui iungi meretur GRVPEN *in tract. de vxore Romana*, cum ea, *quae in manum conuenit, farre, coemtione et vſu*, tum illa, *quae vxor tantummodo habebatur.* (8) *Hanou. 1727.* HILDEBRAND, *de nuptiis veter. chriſtianorum. p. 80. ſeq. Conſ. ill. de* LEYSER. *Vol. V. ſpec. ad π.* CCXCVIII. *p. m. 104. ſeq.*

## De conuiuio nuptiali.

Peracta copula ſacerdotali plerumque conuiuium apparatur conuiuis, quod finem habet, vt illo pro grata comparitione honorentur. Quae circa hoc obſeruanda in Electoratu, diſponit *Ord. Polit. d. A. 1661. tit. XIV. in C. I. S. E. p. 424.*

*Nota 1*) Conuiuium tale moralitati non aduerſatur, modo helluationes euitentur, de tali enim ritu conuiuandi legitur in nuptiis IACOBI, *Geneſ.* XXIV. SAMSONIS *Iudic.* XIV. et *Canae Galilaea* celebratis, *Ioh.* II. Quid, quod Regnum coelorum Epulo nuptiali *Saluator* comparauerit? *Simile*, inquid, *regnum coelorum eſt Regi, qui nuptias filio adparauit, et miſit ſeruos vocare inuitatos* ad *nuptias, qui, cum venire abnuerent,*

*alios*

*alios miſit*, dicens: *dicite inuitatis, ecce, prandium meum paraui, tauri mei et pecora ſaginata occiſa ſunt, et omnia parata. Adeſte ad nuptias.* Vnde patet, quis et quantus iam Chriſti aeuo fuerit nuptiarum adparatus. *v.* MATTH. *XXII. 1. conf.* HILDEBRAND. *c. l. p. 110. ſeq.*

*Nota 2*) Lipſiae conſuetudine receptum eſſe, vt ſumtus, quos pater in nuptias filiae impendit, ab eodem in dotem ſoleant computari. *v.* BERGER, *Part. I. Reſp. 42.*

*Nota 3*) Dona nuptialia ab hoſpitibus noſtris communiter offerri, vt ſigna confirmandae amicitiae et vt quodammodo nouis coniugibus remunerentur hoſpitalitatem, et ſi pauperes ſint coniuges, leuamentum illis ſubminiſtrent curarum et onerum matrimonialium. *v.* C. I. S. E. *p. 438.*

*Nota 4*) Haec dona pro parte dimidia ad maritum, et pro altera ad vxorem pertinent. *v. P. III. Conſt. El. 22. ibique* CARPZ. *def. 1. ſeq.* HAHN ad WESEMB. *tit. de iure dat. n. fin. i.* FALCKNER *de eo, quod iuſtum eſt circa munera nuptialia, Altdorff. 1695.*

## De choreis.

Peracto conuiuio a ſponſis et conuiuis, vt plurimum, *choreae* et *ſaltationes* inſtituuntur, quae velut complementum ſunt laetitiarum, quarum cauſa conuenerunt, illumque diem inſumere decreuerunt. Quoad ius Saxonicum *vide* de choreis *art. gener.* XVIII. *in C. I. E. S. p. 64. Synodaliſches General-Decret*, §. am allerwenigſten, *c. l. p. 359.* et *Reuidirtes Synodaliſches General-Decret, de dato Dresd. d. 15. Sept. 1673. §. 19. c. l. p. 449.*

*Nota 1*) Ius canonicum non permittere ſaltare in nuptiis, *v. Concil. Laodic. cap. 53.* ibi: *Non oportet chriſtianos ad nuptias euntes* vel *balare* vel *ſaltare*, *ſed caſte coenare* vel *prandere*, *ſicut competit chriſtianis.* v. CARANZA, *Summa Concil. p. m. 139.*

*Nota 2*) Dictum AMBROSII *Lib. III.* de virginibus: *Nemo ſaltat ſobrius, niſi qui inſanit*, a plerisque non credi.

*Nota 3*) Choreas etiam in ſacro Codice inueniri. Saltarunt enim piae matronae, *v. Exod. XV. 20.* it. *I. Samuel. XIIX. 7.*

 ſalta-

ſaltauit *Dauid* coram arca *v. II. Reg. VI. 14.* Quae tamen choreae omnes *ſolitariae* fuere. Patres igitur choreas *ſocias*, quum viri mulieribus combinati mixtim ſubſaltant, concorditer damnant.

*Nota 4)* Si res in abſtracto conſideretur, SALTARE (*ſiue ſolus ſis, ſiue marem, ſiue feminam manuducas,*) EST PER SE INDIFFERENS. Eſt enim *et tempus lugendi, eſt et tempus ſaltandi*, vtrumque conceſſum. *v. Eccl. III. 4.* ſaltim nullibi in ſacris literis prohibitum.

*Nota 5)* Senum ſaltationes a multis improbari; Hinc MEISNERVS apud DEDEKENN. *Vol. II. conſ. theol. p. 372.* De horum choreis ſic ſcribit: *Diffiteri non poſſumus, iſtas circumagitationes pedumque motiones leuitatis cuiusdam et non virilis grauitatis eſſe indicium, ſi ſuſcipiantur a perſonis prouectioris aetatis.* Et DANNHAVER, in der Catechiſm. Milch, *P. II. p. 450.* ſequentia profert: Geiſtlichen Perſonen, alten Leuten, und die ſonſt in *Authorit*ät und Ehrenſtand ſchweben, ſtehen ſolche Jugend=Freuden, eben ſo wenig wohl an, als wenn ſie unter denen Kindern auf den Stecken herum reiten wolten. Sicut autem actio omnis indifferens: Sic et chorea ex circumſtantiis; *Quis? quid? vbi?* etc. venit aeſtimanda.

*Nota 6)* Concilium *Agathenſe, cap. 28. v.* CARANZA, *p. 233.* clericis et conuiuiis nuptialibus et choreis intereſſe prohibere, ibi: *Presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, vel deinceps quibus ducendi vxores licentia non eſt, etiam aliarum nuptiarum euitent conuiuia. Nec his coetibus miſceantur, vbi amatoria cantantur et turpia, aut obſcoeni motus corporum choreis, et ſaltationibus efferuntur, ne auditus et obtuitus ſacris myſteriis deputati, turpium ſpectaculorum atque verborum contagione polluantur. v. diſt. XXXIV. c. Presbyteri 19.* Paulo mitior eſt *Synodus Aquisgranenſis, Sec. IX.* ſub LVDOVICO pio intra Germaniam coacta; Haec enim religioſis acceſſum ad nuptias permittit, ſed *tempeſtiue* eos ſurgere et domum reuerti iubet *can. 83.*

Plura de ſaltatione refert HILDEBRAND *de nuptiis vete-*

*rum*

Und da ſie hierüber, und über beſchehener Vermahnung und Warnung, wieder ihrer Eltern Willen, ſtarck darauf verharren, und ſolch Ehe-Gelöbniß zu vollziehen, andere Gelegenheit ſuchen würden, ſollen die Eltern ihnen mit etwas zu der Ausſtattung behülff- Deren Straffe.

*rum chriſtianorum*, *p.m.* 118. *ſeq.* GERHARD. *in loco* de coniugio, §. 471. BROCHMAND. *Syſtem. tit.* 2. *art.* 18. SPENER. *conſil. theol. germ. Vol. V. c.* 2. *art* 34. *ſect.* 29. 30. 31. BIDENBACH. *in prompt. connub. th.* 39. *Auctor.* ANONYM. *de Saltat. et choreis*, *c.* 6. *ſeq. conf.* WILLENBERG. *ſel. iur. matr. c.* IX. §. 10. *p. m.* 436. SPERLINGII *Petrus ſcrupulos. P. II. p.* 37. *ſeq.* Gerckens Entheiligung des Sabbaths, durchs Tantzen §. 6. *ſeq.* M. Brömels Feſt-Täntze der erſten Chriſten und darauf erfolgte Mißbräuche bey dem St. Johannis-Veit Täntzen. *cap.* IV. MISANDRI *delic. Bibl.* V. T. *an.* 1695. *p.* 1301. *ſeq.* et *ann.* 1700. *p.* 960. *ſeq.* I. A. KILIANI Urtheil vom Tantzen. Hannover, 1736. (4)

(Ad §. Und da ſie hierüber ꝛc. verb: Vermahnung und Warnung.) Duo igitur hic requiruntur, 1) parentum dehortatio, 2) pertinacia liberorum, vtpote, qui nihilo ſecius matrimonium temere conſummarunt, vel eius conſummandi aliam occaſionem, *v. c.* per concubitum, quaeſierunt. *v.* BERGER. *P. I. Reſp.* CCXXX. *n.* 4. *p. m.* 386.

## De dote illiusque diuiſione.

(Ad verba: Zu der Ausſtattung.) Dicitur *dos*, Heyraths-Guth, Ehe-Geld. Et eſt quaſi patrimonium, *v. l.* 16. *de relig.* quod confertur in maritum ad ferenda onera matrimonii. *v. l.* 10. C. *de iur. dot.*

*Nota* 1) Apud Romanos nulla erat inter coniuges bonorum communio, hinc vxorem ducturus, de dote ſollicitus eſſe debebat, quo onera matrimonii ferre poſſit, ne, omiſſa illa

 cura,

hülfflich zu ſeyn, nicht verpflichtet, ſondern vielmehr be-
fugt

cura, vxorem totamque familiam de ſuo alere cogeretur. Ex hac ergo hypotheſi dos inualuit. *v.* TITIVS *Obſ. Lauterb. 769.*

*Nota 2)* A quibusdam dotem etiam vocari Mittgifft; Hanc vocem tamen latius patere, et ſubſidium paternum comprehendere, cenſuit F. I. L. *M. Mai. 1700. v.* MENCK. *Theor. et Prax. Pand. tit. de iure dot. §. 1. p. m. 753.*

*Nota 3)* Dotem ad eſſentiam coniugii non praeciſe requiri; Hinc LYCVRGVS et SOLON cauerunt, *vt virgines indotatae nuberent*: ne propter inopiam aliquae relinquerentur innuptae; et aliae ob diuitias magis, quam ob ſpectatos mores ab adoleſcentibus colerentur. *v.* ANT. GVIBERTI COSTANI tract. *de dotibus et earum iure commentarii, cap. 1. n. 4.*

*Nota 4)* Hodie vxorum bona regulariter eſſe triplicia, a) *dotalia*, b) *paraphernalia*, c) *receptitia. v. de* LEYSER *Spec. ad π.* CCCII. *per tot. p. m. 161. ſeq.*

*Nota 5)* Dotem eſſe *vel* profectitiam *vel* aduentitiam, *vel* promiſſam, *vel* re ipſa ſolutam. *v.* GAIL *Lib. II. Obſ. 79.* CARPZ. *P. III. c. 23. def. 3. n. 7.* ibique citat.

*Nota 6)* Patrem, filiae in poteſtate adhuc conſtitutae ex iuris neceſſitate, dotem conſtituere tenere, etiamſi circa contrahendum matrimonium nulla dos ſit promiſſa. *a. l. 19. de R. N. l. f. C. de dot. prom.* Sic etiam in femina nobili, ne absque dotalitio relinqueretur, iudicauit S. C. P. L. *Term. Cruc. 1710. referente* MENCKEN. *c. l. §. 5. p. m. 754.*

*Nota 7)* Circa quaeſtionem: *an pater diuitem filiam dotare teneatur? Dd.* variant. Affirmant multi *per. l. 19. de R. N. et l. vlt. C. de dote promiſſa. v.* STRYK *C. C. S. III. c. 8. §. 3.* GAIL. *lib. II. obſ. 95. n. 4.* multi vero negant, *v.* LVDOV. *doctrina π. tit. de iur. dot. §. 4. de* WERNHER *Enunc. iur. P. II. En. 481. p. m. 901.* vbi praeiudicium pro negatiua adducit; *conf.*
CARPZ.

fugt und ihnen hiermit nachgelaſſen ſeyn, ſolche unge-
horſa,

CARPZ. *P. II. c. 42. def. 13.* KNORR, *de dote filiae locupletis, Hal. 1724.*

*Nota 8*) Filiam, quae dotem amiſit, pater regulariter denuo dotare non tenetur. *v.* CONRADI diſſert. *de patre filiam, quae dotem amiſit iterum dotare non cogendo. Lipſ. 1728.*

## De pactis dotalibus.

Intuitu dotis plerumque conficiuntur pacta dotalia, Eheſtiftungen, Eheberedungen, quae ſunt conuentiones de acquiſitione, reſtitutione, fructu, periculo aliisque circumſtantiis circa dotem illatam initae. *v. l. 22. de pact. dotal. Nou. 61. c. 1.*

*Nota 1*) Diſtingui haec pacta in *ſimplicia*, quae fiunt per modum contractus, *et* ea, quae fiunt *per modum vltimae voluntatis*, quae *mixta* vocari ſolent. *v.* MENCKE *c. l. tit. de pactis dotalibus*, §. 4. *ſeq. p. 763.* Quam vero diſtinctionem vt minus idoneam, non agnoſcit, TITIVS *in Obſ. Lauterb. 774. n. 3.* defendit tamen hanc, atque originem huius ex principiis iuris Germanici deducit THOMAS. *in not. ad π. tit. de pact. dotal. p. m. 238.*

*Nota 2*) Valida eſſe haec pacta licet a ſolo ſponſo atque ſponſa ſint ſubſcripta. *v. praeiudicium F. I. L.* quod recenſet de LEYSER, in diſſertat. *de ſuperſtitione iuridica in foro et extra forum obuia. Cap. III.* §. *18. Helmſt. 1720.*

*Nota 3*) In pactis dotalibus, quae fiunt per modum contractus, teſtes praeciſe non requiri. Sic *pron. F. I. L. Menſ. Ian. 1711. v.* MENCKEN. *c. l.* §. *4. p. m. 763.*

*Nota 4*) Pacta dotalia ob ſuperuenientiam liberorum tolli, ſiue caſum ἀπαιδίας reſpiciant, ſiue nulla in iis liberorum mentio facta, nec legitima ipſis aſſignata ſit. *a. l. 8. C. de reuoc. donat. lib. 7. ff. de bon. damnat.* modo liberi tempore mortis adhuc ſuperſint. *a. l. 17.* §. *7. ad SCtum Tertull.* MENCKEN,

al.

horſame Kinder bis auf den halben Theil ihrer gebührenden *Legitimae*, und nach Gelegenheit der Urſachen

*at l.* §. *vlt.* ibique praeiudicium. *Conf.* BERGERI diſquiſitio: *vtrum et quousque pacta dotalia ex ſtatutis ſint interpretanda et ſupplenda, Vittemb. 1722.* FLEISCHER, diſſert. *an pacta dotalia a marito quidem, non vero ab vxore ſubſcripta, ſint valida. Hal. 1716.* Conf. *omn. ill. de* LEYSER *Vol. V. ſpec. ad* $\pi$. *307.* vſque *310. incl.*

## De Legitima.

(Ad verba: gebührenden *Legitimae.*) Legitima eſt portio facultatum certis perſonis debita ad excludendam inofficioſi teſtamenti querelam. *v. l. 8.* §. *8. de inoffic. teſt.*

*Nota 1*) Perſonae, quibus debetur, ſunt *1*) *liberi*, qui ius ſuccedendi habent, *2*) *Parentes*, qui reciproco iure ſucceſſionis gaudent. Quibus legitima praeciſe titulo inſtitutionis relinquenda. *v. Nouell. 115. c. 3. et 4.* et *3*) *fratres* et *ſorores*, quibus titulo quocunque relinquitur, *v. l. 30. C. de inoffic. teſtam.* Hic vero obſeruandum, quod a) non vterinis, ſed ſaltem conſanguineis et germanis debeatur, et b) hiſce non aliter niſi turpis perſona ſit praelata. *v. l. 27. C. de inoff. teſtam. conf. omn.* TITIVS *obſ. Lauterb. 162.*

*Nota 2*) Legitimam non eſſe iuris naturae, *vti Gail.* putat, *lib. II. obſ. 122.* quae ſententia aliter admitti nequit, quam quatenus in legitima inſunt alimenta neceſſaria, *v.* ZIGL. ad GROTIVM *lib. II. de I. B. et P. cap. 7.* §. *4. inf.* Quatenus igitur GAIL. opinio toleranda, *v.* HORN. *Claſſ. VII. Reſp. 20. pag. 388.*

*Nota 3*) Ratione quantitatis debetur liberis *5*. vel pluribus SEMIS, quatuor autem vel paucioribus, TRIENS. *v. Nou. 18. c. 1.* ex qua formant verſiculos:

*Quatuor aut infra dant natis iura Trientem,*
*Semiſſem vero dant natis quinque vel vltra.*
*Arbitrium* ſequitur ſubſtantia caetera patris.

*Nota 4*)

ſachen ihres verweigerten Conſens, gänzlich zu enterben.

Es

*Not.* 4) Per *Nouellam* 18. auctam eſſe legitimam non tantum ratione liberorum, ſed etiam ratione parentum. *v.* HORN. *Claſſ. VIII. Reſp.* 38. *p. m.* 519. STRYK, *V. M. de inoff. teſtam.* §. 16. BERL. *P. III. concl.* 12. *n.* 41.

*Nota* 5) Iure Saxonico legitimam regulariter eſſe eandem, quam de iure *ciuili*, portionem, ſed *in parentibus ſemper Tertiam*, eo quia hoc iure collaterales cum parentibus non concurrunt. *P. III. C. El.* 12. MENCKEN. *c. l. de inoff. teſtam.* §. 19. *p.* 220.

*Nota* 6) Legitimam ſine omni onere eſſe relinquendam, *v. l.* 32. *et* 36. §. 1. *C. de inoff. teſtamento.* Hinc natum prouerbium: *Querelam inofficioſi locum habere, etiamſi Imperator haeres inſtitutus ſit*, imo, *licet quis Deum ſcripſerit haeredem*, i. e. *Eccleſiam vel pauperes.* Plura *de legitima* adiicere inſtituti prohibet ratio. Praeter *Pandectas* vero, *ſub tit. de inoffic. teſtamento*, vbi haec materia exponitur, videri poſſunt 1) LOMBARDIVS *de legitima. Marb.* 90. 2) SCHILTER *de legitimae, cum quarta vel ſimili portione ſuperſtiti coniugi debita, concurrentis computatione. Alt.* 97. 3) SAM. STRYK, *de caſibus circa legitimam controuerſis. Hal* 1705. IDEM, *de grauamine legitimae. ibid.* 1702. 4) THOMAS, *de legitima viuentis. Hal.* 1700. 5) BERGER *de legitima mariti. In eius volum. diſpp. XXVIII. pag.* 753. *ſeq.* 6) MENCKE, *de legitima, quatenus ipſi praeiudicari non poſſit, et poſſit? Vittemb.* 1721. 7) COCCEIVS, *de legitima eiusque neceſſaria praeſtatione. Vol. I.* 45. 8) SENCKENBERG, *de grauamine in legitima Romanis et Germanis vſitato. Goetting* 1738. et *omn. ill. de* LEYSER. *Vol. II. Spec. ad Pandect. Spec. XCI. p. m.* 278. *ſeq.*

## De exhaeredatione liberorum, parentum et fratrum.

(Ad verba: gänzlich zu enterben.) Exhaeredatio eſt perſonae, cui *legitima* debetur, a futura *haereditate* in teſtamento verbis

 *expreſ-*

Welche dazu helffen.

Es ſollen auch die Perſonen, ſo zu ſolchen heimlichen Ver-

*expreſſis* vel *modis aequipollentibus*, facta excluſio. *v. pr. Inſt. de exhaered. liber.*

*Nota 1)* Ratione deſcendentium *in Nou. CXV. cap. III.* QVATVORDECIM cauſas referri, quas et hic recenſeri lubet: I) Si filius parentibus manus intulerit. II) Si graui et inhoneſta iniuria eos adfecerit. Vbi tamen, ſi filia patrem einen Narren, vocauerit, non ſufficit; Bene autem ſi dixerit: alter Donner, alter Teuffel. *v.* BERGER. *Reſol. Lauterb. p. m. 122. ill. de* LEYSER, *Vol. V. Spec. ad. π. 357. med. 4. p. m. 632.* III) Si criminis accuſauerit, excepto crimine laeſae Maieſtatis. IV.) Si cum maleficis verſatur, *vt maleficus.* V) Si vitae parentum inſidias ſtruxerit. VI) Si cum nouerca vel concubina patris concubuerit. Vbi notandum, *quod intuitu concubinae hodie caſus non exiſtat*, quia per *Receſſum Imperii, d. a. 1530. tit. 33. it. Sax. El. Ordin. Prouinc. d. a. 1550. tit.* von verdächtigen und leichtfertigen Weibs-Perſonen, concubinatus prohibetur; Quoad nouercam autem obſeruandum, *procedere exheredationem, etiamſi illa conſentiat vel cauſam det.* VII) Si parentes detulerit, et illi propterea damnum ſentiant. Quae duo coniunctim requiruntur: Vbi enim lex duo deſiderat ſimul, imprimis ad effectum poenae, ibi alterutrum non ſufficit. *v.* GAIL. *lib. II. obſ. 125. n. 8.* IIX) Si filius parentes carceri incluſos liberare noluerit. Quae cauſa ad *filiam* non pertinet, et hodie etiam in filio, qui pro patre fideiubere recuſat, non procedere, ſtatuit BERGER, *obſ. Lauterb. p. m. 123.* PHILIPP. *ad dec. El. 52. obſ. 3.* a quibus diſſentit BERL. *dec. 36.* IX) Si parentes teſtari prohibuerit. X) Si filius praeter patris voluntatem *arenariis* vel mimis a) ſe ſociauerit. Id quod ad *Comicos* applicandum

*Additio.*

a) Ante AVGVSTVM *Panthomimi* ignoti fuere, ab hoc enim introducti cenſentur. Erant autem, qui *ſaltatione ac geſtu* omnia

Verlöbniſſen derer Kinder, ohne Vorwiſſen der Eltern, Vor‑

candum non eſt. XI) Si filia nuptias a parentibus ablatas recuſauerit, et *vitam luxurioſam* elegerit. XII) Si *parentes furioſos* neglexerint liberi. XIII) Si *captiuos* non redemerint. XIV) Si liberi *haeretici* fiant. Id quod ad toleratas in Imperio religiones non debet extendi. Iure Saxonico accedit. XV) Si liberi absque conſenſu parentum nuptias celebrant. *v. Ord. Matrim. tit.* von Ehegelöbniſſen, §. und da ſie hierüber, et §. würden ſie auch. CARPZ. *lib. II. def. 54. conf.* STRYK *de caut. teſtam. cap. XIX.* vbi *a* §. *25. vſque ad 39.* has cauſas explicat et examinat. i. COCCEIVS diſſert. *Quae ſit genuina reſolutio controuerſiae circa cauſas exhaeredationis liberorum. Vol. II. n. 58. p. m. 1214. ſeq.*

*Nota 2.* Parentes etiam a liberis poſſe exhaeredari, *per cap. IV. c. N.* vbi IIX, recenſentur cauſae, quae ſunt ſequentes: I) Si parentes *criminis capitalis* accuſauerint liberos; Vbi tamen iterum excipitur crimen *laeſae Maieſtatis*. II) Si *venenis* aut alio modo filiorum *vitae inſidias* ſtruxerint. III) Si pater *cum nuru*, aut *concubina filii* concubuerit. IV) Si liberos *teſtari* prohibuerit. V) Si pater *matri*, (et vice verſa) *vitae inſidias* ſtruxerit, aut *venenum ad alienationem mentis* dederit.



omnia repraeſentabant. Horum ars mirabilis fuit, et hodie vix deſcribi poteſt. *Mimi*, dicti quidem ab imitando, ſed in hoc a *Panthomimis* diuerſi, quod *non ſaltatione* ac *geſtu*, ſed *voce ac verbis*, res ridiculas in ſcena repraeſentabant, vt *meretricem, moechum, leonem, auarum etc. v.* SALENGRE *in theſaur. antiquit. Tom. II. p. m. 685. ſeq. et p. 694.* §. *18.* Suo modo huc referuntur etiam SANNAE, qui *facie* magis, quam *facetiis* ridiculi, qui aliorum mores ac geſtus per ludibrium imitantur. ID. *c. l.* § *27. conf. ill. de* LEYSER. *Spec. ad π. 545.* de ſannis. *Vol. VIII. p. m. 216. ſeq.*

Vorſchub gethan, auf Anregung der Eltern willkühr-lich geſtrafft werden.

Wenn ſie heimlich zuſammen kriechen.

Würden auch ſolche Perſonen heimlich zuſammen kriechen, und fleiſchliche Unzucht treiben, ſo mögen die Eltern dieſelben gäntzlich enterben, und ſollen ſonſt mit zeitlichem Gefängniß geſtrafft, auch in unſern Landen ſich weſentlich zu halten, nicht gedultet werden.

Eltern Pflicht.

Dagegen aber wollen Wir die Eltern ermahnet haben, wenn die Kinder ihre Jahre erreichet, darauf bedacht zu ſeyn, welchergeſtalt dieſelbigen Ehelich und alſo verſorget werden, daß ſie damit auch ihres Theils zufrieden ſeyn, können, und ſonderlich, da die Kinder ihre Eltern um Erlaubniß, ſich mit gewiſſen Perſonen Ehelich zu verbinden, erſuchen und bitten würden, ſie ohne gnugſame erhebliche Urſachen daran nicht zu hindern, und wo ſie die Eltern

VI) Si filios furioſos, *et* VII) captiuos neglexerint. IIX) Si parentes ſint *haeretici*.

*Nota 3)* Fratres ſaltem ex tribus cauſis exhaeredes fieri, quae *Nou. XXII. c. 47.* continentur, *ſcil.* I) Si vitae, II) famae, aut III) maximae bonorum parti inſidias ſtruxerint.

(Ad §. Es ſollen ꝛc. verb. willkührlich geſtrafft werden. Quoties enim hodie liberae perſonae ſub noſtra directione conſtitutae ſunt seductae vel corruptae, *v.g.* liberi, vxor, famuli, ſubditi, toties ad poenam arbitrariam agitur, quae actio a quibusdam *vtilis de ſeruo corrupto* dicitur, *v. l. 14. §. 1. de ſeru. corrupt.* et iuris naturalis eſt. *conf.* BECHMANN. *in comment. ad π. c. t. obſeruat. pract. n. 72.* et SCHNEIDEW. *ad §. 23. I. de act.* vbi adducit, hanc actionem vtilem dari etiam *ipſi corrupto*, qui in nullius poteſtate eſt: ne corruptori impunis ſit malitia proximique corruptio. *fac. l. f. quod falſ. tut.*

(Ad §. Dagegen ꝛc. verb. Ohne gnugſame erhebliche Urſachen.) Quo loco notanda videntur, quae habet HEIGIUS *P. I. qu. XXII. n. 65.*

Eltern und Kinder, ſich derowegen mit einander nicht ſelbſt vergleichen könten, ſoll es alsdenn, und ehe denn von denen Kindern etwas verbündliches fürgenommen wird, bey unſern Conſiſtoriis geſuchet und daſelbſt nach Billigkeit entſchieden werden.

Wo

*n. 65.* *Exiſtimo* ſcribit, *in diſquiſitione aliarum cauſarum diſſenſus paterni, non adeo rigide cum parentibus agendum, vt accurate et ſollicite in allegatas ab ipſis cauſas inquiratur, ſed a iudice bono auctoritatis paternae rationem cum primis habendam, vt, ſi nulla ſiniſtra ſuſpicio parentes alioqui oneret, quod* ſcil. *ſtudioſe aduerſus commoda liberorum laborent, potius patri, quam liberis morem gerendum putet. Magna enim,* pergit, *iniuria eſt corrumpi ſeruum hominem; quid igitur hunc meruiſſe credimus, qui corporis noſtri partem blando ſermone auertit, et in ſuam transfert poteſtatem.*

(Ad verb. Nach Billigkeit entſchieden werden.) Communis quidem pater eſt Magiſtratus, *a. l. 4. C. de defenſor. ciuit.* ZANCH. *de Oper. ſex dier. lib. IV. c. 1.* Multa tamen circa ſuppletionem conſenſus a iudice Eccleſiaſtico obſeruanda et probe omnia, quae rem circumſtant, ponderanda. Videndum *v. g.* 1) an procus ſit turpis *vel* inhoneſtae vitae. *a. l. 12. in f.* et *l. 18. C. de nupt.* 2) an tali ex matrimonio rixae inter parentes et liberos ſint ſperandae. *v.* MENOCH. *Conſ. LXIX. n. 43. ſeq.* 3) cuius conditionis ſponſus ſit. 4) an tantum ſponſae bonis inſidietur. 5) an ſponſi delictum aliquod obiici poſſit. 6) an filia dolo ſeducta ad conſentiendum. *v.* MONNER. *tract. de matrim. p. 45.* 7) an liberi nimio amore furioſi, ſponſalia contrahere intendunt tali cum perſona, cum qua poſtmodum miſerrime viuere cogantur. *v.* HARPR. *ad pr. Inſt. de nupt. n. 248.* 8) an parentes liberorum conuerſationem ſciuerint, et non contradixerint, ſed tolerauerint,

Wenn beyderſeits keine Eltern haben.

Wo auch zwo Perſonen, ſo beyderſeits keine Eltern haben, ſich ohne iemandes Beyſeyn, oder auch in Gegenwart eines Zeugen allein, mit einander in Ehe-Gelöbniß eingelaſſen; So ſoll daſſelbe vor ein heimlich Gelöbniß gehalten, und da ſie ſich beyderſeits gleich darzu bekennen, dennoch ſo ferne unbündig erkannt werden, bis beyde Perſonen ſolches durch öffentlich Gelöbniß vor ehrlichen Leuten freywillig wiederhohlen und beſtätigen, wie denn auch ſonſten ſolcher heimlichen Verlöbniß halben, im Fall, da die

rint, an vero omnia ipſis inſcia. *v.* RICHTER, *P. I. dec. 8. n 54.* an liberi adhuc minorennes et propriis ſumtibus viuant. *v.* CARPZ. *lib II. def. 60. n. 21.* Ponderatis itaque hiſce ſimilibusue cauſis, conſiſtorium *vel* approbat *parentum diſſenſum*, *vel*, ſi cauſae ſufficientes non ſint, loco parentum conſentit. Formulam *h. c.* pronunciandi ſuppeditat CARPZ. *lib. II. def. 53.* et BEYER ad CARPZ. *lib. II. def. 52. p. 103.* Quo loco non immerito quaeritur: An nihilominus liberi a parentibus exhaeredari poſſint, ſi conſenſus a conſiſtorio ſuppletus? Affirmat hoc CARPZ. *Lib. II. d. 54.* ob contumaciam liberorum quae tali modo a parentibus coercenda. Cuius ſententia tamen eo caſu ſaltim procedere videtur, *ſi parentes iuſtas diſſentiendi cauſas habeant*; Vbi vero iuſtus parentum diſſenſus non deprehenditur, et Princeps per conſiſtorium matrimonium adprobat, nec exhaeredatio erit permittenda; Hinc SCHILT. *in I. I. C lib. II. tit. 10.* §. 7. CARPZOVII ſententiam ita declarat: *exhaeredationem valere ſi copula ſacerdotalis vel carnalis acceſſerit, antequam Conſiſtorium parentum ſuppleuerit conſenſum. conf.* TENZEL, *de parentum conſenſus per magiſtratum circa liberorum ſponſalia ſuppletione. Erffurt. 1710.* HAHN *ad* WESENB. *tit. de ſponſ. n. 4.*

Ad §.

die verneinet werden, die Gewiſſen zu beſchweren nicht zugelaſſen werden ſolle.

Und

(Ad §. Wo auch zwo ꝛc. verb. Die Gewiſſen zu beſchweren.) Iuramentum eſt inuocatio nominis diuini, vt Deus noſtri adſerti ſit teſtis et perfidiae vindex. *v. Deut. X. 20.*

*Nota 1*) Chriſtiano non prohibetur iurare ex iuſta cauſa, ſiue in iudicio, ſiue extraiudicaliter. *v. Deuter. VI. v. 13.*

*Nota 2*) *Mennoniſtae* iurare recuſant, prouocantes ad MATTH. V. 34. vbi Saluator dicit: *Ne iurate omnino.* Hos autem errare, oſtendi in peculiari Programmate: *De Mennoniſtarum circa iusiurandum ſuperſtitione. v. Claſſ. I. Progr. meor. Them. IIX. p. 61. ſeq.*

*Nota 3*) Iuramentum in cauſis matrimonialibus iuxta opinionem multorum, *adfirmatiue* ſaltim, non vero *negatiue* deferri poſſe. *v.* CARPZ. *Lib. III. def. 44.* STRVV. *Ex. XVII. th. 39.* GAIL. *lib. II. obſ. 94. n. 4.*

*Nota 4*) Hanc adſertionem ex falſa fluere hypotheſi, quae communiter fouetur, quaſi *ſcil.* vinculum ſponſaliorum non ſubſit priuatorum arbitrio, quae ſolum in fauorem iudicii Eccleſiaſtici videtur introducta; Nam alias idonea ratione probari nequit, quod ſponſalia mutuo diſſenſu ſolui nequeant. *v.* TITIVS *Obſ. Laut. 329. p. m. 216.* et in *Iur. Eccl. lib. V. c. V. §. 3. ſeq.* Hinc etiam ego contrariam amplecti ſententiam, non dubitaui *in pec. Progr.* cui titulus: *Iuramentum in cauſis matrimonialibus recte, etiam negatiue deferri. v. Claſſ. I. them. IX. p. 99. ſeq. conf. omn.* RICHT. *P. I. dec. IIX. n. 28. ſeq.*

*Nota 5*) Super ſtupro commiſſo quidem a ſtuprata ſtupratori deferri poſſe iusiurandum, male vero ſtupratam agere, quae in puncto ſtupri et impraegnationis iusiurandum ſuper vtroque defert, oſtendit *de* BERGER. *El. Proc. Matr. th. XXIIX.* vbi cautelam ſuppeditat, *vt reo ſaltim* deferatur iusiurandum ſuper ſtupro, non vero ſuper impraegnatione.

Qui

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-137057-p0057-9

Zuſammenfindung vor dem Kirchgang.

Und da auf ein ſolch heimlich Verlöbniß ſich die Perſonen vor dem Kirch-Gang zuſammen finden, und mit einander fleiſchlich einlaſſen würden, ſo ſollen ſie von uns der Obrigkeit, andern zum Abſcheu, mit Gefängniß und ſonſt willkührlich geſtrafft werden.

Zwiefache Verlöbniß.

Wann ſich iemand mehr denn eins verbündlich verloben würde, ſoll er ſchuldig ſeyn, die erſte Perſon, damit er ſich verbindlich verlobet, zu ehelichen, und ſo wohl auch die Perſon, ſo ſich mit derſelben anderweit verlo-

Qui enim ſtuprum confitetur, caeteris paribus praeſumitur etiam impraegnator.

(Ad §. Wann ſich iemand ꝛc. verb. die erſte Perſon.) Si concurrant plura ſponſalia breuiter ſic tenendum: 1) publica praeferuntur clandeſtinis, licet haec ſint priora. 2) publica priora praeferuntur publicis poſterioribus, licet ad haec *copula carnalis* acceſſerit, *v. cap. 31. X. de ſponſal.* nemo enim ab obligatione ſemel alteri legitime quaeſita, improbo ſuo facto ſe liberare poteſt. *v.* BERGER *Oecon. iur. p. 112.* vbi quidem CARPZ. vt diſſentientem adlegat, *Lib. II. def. 66.* ab huius tamen ſententia receſſum eſſe, adducit. *Vel ſacerdotalis benedictio*, haec enim eſt inſtar confirmationis et nihil noui tribuit. *v. praeiud. apud* HERRMANN *Vol. II. Reſponſ. 10. p. m. 25. ſeq.* et *apud* HOMBORG. *ad Inſtit. tit. X. lib. 1. §. 2. p. m. 63.* vbi a F. I. L. tale matrimonium, ob ſponſalia publica cum alia celebrata, annullatum et ſponſo poena carceris cum carena ad *4. Sept.* dictata fuit. 3) *publica poſteriora* etiam praeferuntur *priuatis*, licet ad haec acceſſerit concubitus, vti *pron. F. I. L. M. Mart. 1720. v.* PVTON. *P. III. cap. 22. Enunciat. 114. n. 8. p. m. 501.* quo caſu tamen quidam aliter ſentiunt, *ſi concubitus acceſſerit antequam publica fuerint celebrata.* 4) Pura conditionatis. *v.* CARPZ. *lib. II. d. 70.* ſi *ſcil.* conditionata fuerint poſteriora, *aut* adiecta defecerit conditio. *v.* STRYK. *de diſſens. ſponſal. Sect. I. §. 35. p. m. 27.*

Ad

verlobet, wofern ſie vom erſten Verlöbniß Wiſſenſchafft gehabt, anrüchtig ſeyn, und darüber mit Gefängniß oder ſonſt willkührlich geſtrafft werden.

Würde ſich aber die Perſon, ſo ſich mehr denn eins verbündlich verlobet, mit der letzten verlobten Perſon fleiſchlich einlaſſen; So ſoll dieſelbe an Pranger geſtellt, und des

Wenn ſie ſich fleiſchlich vermiſchen.

(Ad verba: Anrüchtig ſeyn.) i. e. infamia notantur. Infamia autem *eſt* macula ex turpi et legibus prohibito facto contracta, propter quam perſonae exiſtimatio apud alios laeditur. *v. l. 20. C. ex quibus cauſ. infam.* Diuiditur communiter in *infamiam iuris* et *facti. v. in π. integr. tit. de his qui notantur infamia.* Adfinis infamiae eſt *leuis notae macula*, cuius fit mentio in *l. 27. C. de inoffic. teſtam.* quae *vel* ob vilitatem generis vitae et morum contrahitur, vel ex illegitimis natalibus (*ſicque ex alieno facto turpi,*) *deſcendit. v.* LAVTERBACH, FROMMANN, BERGER (*in eius Vol. XI. p. 325. ſeq.*) *de leuis notae macula.* HEINECCIVS *ad l. 27.* (*de inoffic. teſtam. Hal. 1720. rec. 1739.* conf. diſp. mea: *De fama, huius amiſſione et reſtitutione. Lipſ. 1730. c. 1. §. 7.*

(Ad §. Würde ſich aber ꝛc. verb. So ſoll die an Pranger ꝛc.) Dicitur *poena numellarum.* Numellae autem deſcribuntur quod ſint *incuruata ſigna ſ. inſtrumenta ferrea, quae adplicantur gulae vel collo delinquentis, appenſa* vel *parieti cuiusdam aedificii publici,* vel *ſtatuae cuidam ligneae ſ. lapideae in loco publico editiore et eminentiori erectae in infamiam et dedecus delinquentium perſonarum. v.* COLER. *P. II. dec. 240. n. 1.* CARPZ. *P. III. Quaeſt. 109. n. 73.* Quae poena alias dicitur *Catamidiatio* a καταμειδιᾶν, quod eſt publicitus aliquem deridere, quemadmodum, *teſte* SPARTIANO decoctores olim im Amphiteatro *catamidiabantur. v.* WEHNER. *obſ. Pract.* voce: Pranger. *conf.* Bechmann, *de iure numellarum*, vom Pranger-Recht. *Ien. 1684. Lipſiae rec. 1719.* it. DOEPLER. *theatr. poenar. P. I. cap.* XXXV. *p. m. 829.*

des Landes ewig verwieſen, und die andere, wofern ſie wiſſentlich des erſten Verlöbniß, mit dem verbrechenden Theil dergeſtalt in Ehegelübde und fleiſchliche Unzucht eingelaſſen, mit gleicher Straffe des Prangers und der ewigen Landes-Verweiſung beleget werden.

Der unſchuldigen Perſonen Willkühr.

Es ſoll aber der erſten verlobten unſchuldigen Perſon, nicht deſto minder frey ſtehen, ob ſie ſich mit dem Verbrecher verſühnen will, und auf den Fall ſoll das verbrechende Theil, ſo wohl auch die andere verlobte Perſon, ſo ſich wiſſentlich der erſten Verlöbniß fleiſchlich eingelaſſen, ehrlos und anrüchtig ſeyn, und mit Gefängniß oder ſonſt willkührlich geſtrafft werden.

## Der andere Punct.

### Welchen Perſonen ſich in Ehe-Gelöbniß mit einander einzulaſſen, verboten.

Erſtlich:

---

Ad punctum ſecundum.

(Ad rubricam: Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß ꝛc.) Hoc loco, quod caput rei eſt circa ordinationem matrimonialem, de graduum computatione, ea, qua fieri poteſt, breuitate, agendum eſt, quo eo facilius, quae, de perſonis prohibitis ſequuntur, intelligi poſſint.

§. 1.

Computatio graduum eſt inueſtigatio, *quoto gradu*, a ſe inuicem perſonae in conſanguinitate et affinitate diſtent. Cognitio huius neceſſaria eſt quia *1*) haereditates per gradus deferuntur. Land-R. *lib. I. a. 3.* 2) quia ſecundum gradus tutela defertur. *v. l. 10. de grad. et affin.* *3*) propter teſtimonia: Cum inter aſcendentes et deſcendentes teſtimonium regulariter non admittatur. *v. l. 6. C. de teſt.* *4*) quia matrimonium *in certis gradibus* eſt prohibitum. *v. cap. 8. X. de conſang.*

§. 2.

## Erſtlich:
## Die Perſonen, welche den Nahmen Vaters oder Mutters, In auf- und niederſteigender Linie.

§. 2.

Diuidunt computationem in *ciuilem* et *canonicam*. ILLA perficitur *ſecundum regulas iuris ciuilis*, *v*. §. *7*. *I. de grad. l. 10. ff. eod.* et iuxta hanc procedimus in ſucceſſionibus, tutelis, furtis etc. *v. Conſt. El. nou. 6*. HAEC ſuſcipitur ſecundum *regulas iuris canonici*. Locum habet in matrimoniis, crimine inceſtus, parricidii etc. *v*. BEYER *ad Inſt. tit. de nupt. poſ. 42. lit. u.* Computationem autem canonicam in nuptiis contrahendis ex hac ratione obſeruari tradunt: quia eius rei cognitionem, 'quae *olim* erat *Principis* vel *Populi*, Pontifices ſuam fecere, conniuentibus Principibus, vti notat CVIAC. *ad rubr. X. de conſangu. et affin.* Contra, quia cognitionem de haereditatibus *vel* tutelis, proximis cognatis deferendis, Pontifices non vſurparunt, manſit in illis computatio ciuilis. Et erudite ibidem obſeruat CVIACIVS, rationem computandi *iure Pontificio* receptam, non ita vetuſtam eſſe, nec antecedere tempora GEORGII, I. et ZACHARIAE Pontificum. *Conſ.* HORN. *de comput. et prohib. grad.* §. *26*.

§. 3.

Introducta vero ſemel canonica computatione, haec *Pontificibus Romanis* adeo ſancta viſa fuit, vt illos haereſeos accuſent, qui *ciuilem* ſequuntur: atque illam ipſam ALEXANDER II. in *Lateranenſi Synodo* propoſuit, et ſolenniter adprobauit. Probant hanc etiam plerique Theologorum noſtratium, *v*. HAVEMANN *in Gamalogia Synoptica*, *lib. II. tit. V. poſ. 5. p. m. 230*. SCHERTZER. *in Syſtem. Theol. tit. 26*. CHEMNITIVS *P. III. loc. de coniugio*, *p. 537*. GERHARD *in loco* de coniugio. §. *253*. Reiiciunt hanc plerique ICtorum, *v*. BEZA *de diuort. et repud. p. 22. ſeq.* BORCHOLT. *de gradib. p. 10. conf.*

ters, desgleichen der Kinder, tragen, als Vater, Mutter,

CARPZ. *de vſu arbor. conſanguin. et affinit. Diſp. I. cap. I n. 51. ſeq. p. m. 11.* Hanc diſputationem autem non adeo magni momenti eſſe oſtendit HORN. *de comput. et prohibit. graduum*, §. 21.

§. 4.

Vt vero eo melius de graduum proximitate conſtaret, *Canoniſtae* occaſione vocis *ſtipitis* Stam̃, introduxerunt *arborem conſanguinitatis* et *adſinitatis*, quae eſt in *iure canonico* poſt *can. 6.* XXXV. *qu. 5.* Quemadmodum enim ex vno *ſtipite* ſeu *trunco*, plures progenerantur rami, ex quibus alii poſtmodum ſubnaſcuntur, qui omnes eiusdem cum ſtipite ſunt naturae; Ita ex vno communique patre filii, et ex his nepotes etc. propagantur. Quo loco obſeruamus obiter a quibusdam etiam fingi ARBOREM MORALEM, ab aliis CORPVS MYSTICVM, et denique ab aliis SCALAM PRAEDICAMENTALEM; de quibus *vide* SIDONIVM in notis *ad Ordinat. Prouinc. Luſat. inferioris. tit.* XI. *obſ. 13. p. m. 26.*

§. 5.

In computatione graduum occurrunt a) *Linea*, b) *communis ſtipes*, c) *parentalis reſpectus*, d) gradus. De ſingulis hic breuiter.

§. 6.

Linea eſt collectio vel ſeries perſonarum inter ſe coniunctarum, gradus continens, et numeros graduum monſtrans. Diuiditur in *rectam* ſ. *perpendicularem*, et *obliquam*, quae etiam *collateralis* vel *tranſuerſalis* vocatur.

§. 7.

Recta eſt ſeries perſonarum generantium et generatarum, qua ab vna perſona, de cuius cognatione quaeſtio eſt, ad alteram aſcendimus *vel* deſcendimus: Hinc eſt *vel aſcendens vel* deſcendens.

§. 8.

ter, Groß-Vater, Groß-Mutter, und ſo fort: Item Kin-

§. 8.

Linea recta *aſcendens* (*ſeu* ſuperior) dicitur, quando a generato ad generantem aſcendimus, *ſeu*, quae ſurſum recta tendit. Hoc modo Euangeliſta LVCAS, *cap. III.* SALVATORIS genealogiam, per lineam aſcendentem deſcribit, aſcendendo vſque ad *Adamum*, qui primus in orbe terrarum fuit gignens; Secus ac ſenſit ISAACVS PEIRERVS Praeadamitarum Patronus, qui nugatur, DEVM ſexta die creationis formaſſe maſculos et feminas vbique terrarum, et hanc fuiſſe creationem generalem omnium gentium. At poſt aliqua ſecula creatum fuiſſe *Adamum* qui primus fuerit *Iudaeus*, non primus homo. *Conf.* PEIRERVS modo adductus *de Praeadamitis*.

§. 9.

Linea recta *deſcendens* (*ſeu* inferior) vocatur, quando a generante ad generatum deſcendimus, *ſeu*, quae deorſum recta tendit. Sic MATTHAEVS *cap. I.* SALVATORIS genealogiam deſcribit, ſed per lineam deſcendentem, videlicet ab *Abrahamo* et *Dauide*, deſcendendo vſque ad *Chriſtum*. Hoc modo in libro RVTH, *cap. vlt. v. 18. ſeq. Dauidis* recenſetur genealogia, deſcendendo a *Perez* vſque ad *Dauidem*.

§. 10.

Quoniam error in vocibus ſaepe caliginem obiicit rebus, lineae tam *aſcendentis* quam *deſcendentis* exempla adiiciam, vt ſimul vocabula, quibus vti ſolemus, innoteſcant.

Kinder, Kindes-Kinder, und ſo fort, wenn es gleich auch Stieff-

## Maiores, Vorfahren.

| | | |
|---|---|---|
| 7. gr. | Tritaui pater, ſ. quadritauus. Vor Ober Elter Vaters, Groß Vaters Vater. | Tritauiae mater, ſ. Quadritauia, Vor Ober Elter Vaters, Groß Vaters Mutter. |
| 6. gr. | Tritauus, Vor Ober Elter Vaters Groß Vater. | Tritauia, Vor Ober Elter Vaters Groß-Mutter. |
| 5. gr. | Atauus, Vor Ober Elter Vaters Vater. | Atauia, Vor Ober Elter Vaters Mutter. |
| 4. gr. | Abauus, Vor Ober Elter Vater. | Abauia, Vor Ober Elter Mutter. |
| 3. gr. | Proauus, Ober Elter Vater. | Proauia, Ober Elter Mutter. |
| 2. gr. | Auus, Groß Vater, Elter Vater, Anherr. | Auia, Groß Mutter, Elter Mutter, Anfrau. |
| 1. gr. | Pater, Vater. | Mater, Mutter. |

Stipes, a ſuperioribus genitus.
*Petrucius* iure can. dictus.

Sic in linea recta aſcendente, a generato ad generantem aſcendimus. *v. l. 10. §. 7. de grad. l. §. 12. ſeqq. ibid.* et *§. 1. ſeqq. Inſt. eod.*

§. 11.

Stieff-Eltern und Stieff-Kinder ſeynd, ſollen ſich mit ein-ander

§. 11.

Quoad lineam rectam deſcendentem, *ſ. inferiorem*, ſequens ſchema nomina graduſque oſtendit.

Hic ponitur primo loco.

Stipes, a ſuperioribus genitus, et inferiores gignens.

| | | |
|---|---|---|
| 1.gr. | Filius, der Sohn. | Filia, die Tochter. |
| 2.gr. | Nepos, Neffe, oder Enckel, it. Sohns-Sohn. | Neptis, Nifftel, oder Enckelin, it. Tochter-Tochter. |
| 3.gr. | Pronepos, Unter-Neffe, Ur-Enckel, Enckels-Sohn, Kindes-Kindes Sohn. | Proneptis, Unter Nifftel, Ur-Enckel, Unter-Neffin, Enckels-Tochter, Kindes-Kindes Tochter. |
| 4.gr. | Abnepos, Nach-Neffe, Ur-Ur-Enckel, Enckels Enckel, der dritte Enckel, Nach-Neffe. | Abneptis, Nach-Nifftel, Ur-Ur-Enckelin, Nach-Neffin. |
| 5.gr | Atnepos, des Nach-Neffe, ſ. Ur-Ur-Enckels Sohn. Vor-Nach-Neffe, der vierte Enckel. | Atneptis, der Nach-Nifftel, oder Ur-Ur-Enckels Tochter. Vor-Nach-Neffin. |
| 6.gr. | Trinepos, des Nach-Neffen oder Ur-Ur-Enckels Neffe. Fünffte Enckel. | Trineptis, der Nach-Neffen oder Ur-Ur-Enckels Nifftel, oder Enckelin. Fünffte Enckelin. |
| 7.gr. | Quadrinepos, ſ. Trineporis filius, des Nach-Neffen, oder Ur-Ur-Enckels Unter-Neffe. | Quadrineptis, ſ. Trineptis filia, Ur-Ur-Enckelin Unter-Nifftel. |

Vlterio-

ander in Ehe-Gelöbniß nicht einlaſſen, bey Vermeidung der

---

Vlteriores poſteri, *vel* minores, vocantur, Nachkommen. *v. l.* 20. §. 7. *de grad.* conf. C. I. S. E. *pag.* 352. et *conf.* HAVEMANN *in Gamolog. lib. II. tit. V. poſ. I. p. m.* 212. *ſeq.*

§. 12.

Linea *obliqua* (*v.* §. *6.*) eſt ſeries perſonarum ſeu collectio *neque* generantium, *neque* generatarum a ſe inuicem, ſed tamen ab vno ſtipite communi prouenientium, et a latere iunctarum. *v.* HORN, *de comp. grad.* §. *11.* Haec igitur ad duo latera, *dextrorſum* et *ſiniſtrorſum* excurrit, et continet fratres, ſorores, caeteroſque cognatos ex latere venientes. Hinc perſonae in collateralibus lineis inuentae, *collaterales* quoque dicuntur. Sunt autem hae perſonae triplicis ordinis. *Aliae* ratione patris, *vt patruus, amita*, et ſic porro aſcendendo. *Aliae* ratione fratrum et ſororum, *vt patruelis, amitinus, amitina* etc. *v.* HAVEMANN. *in Gamol. Lib. II. tit.* 5. *p. m.* 215.

§. 13.

Eſt autem linea collateralis *vel* AEQVALIS, in qua perſonae, quarum cognatio inueſtiganda, *aequali gradu*, a communi ſtipite diſtant, *v. g.* duo fratres, quorum ſtipes communis eſt *pater*, duorum fratrum liberi, qui *auum* pro communi ſtipite agnoſcunt; *vel* INAEQVALIS, quando diſtantia a ſtipite inaequalis eſt, *i. e.* quando *vna* perſona a ſtipite propinquior *altera* remotior.

§. 14.

Quia in linea collaterali, mentio *communis ſtipitis* occurrit, ſciendum eſt: Communem ſtipitem dici illam perſonam, quam ii, de quorum cognatione quaeritur, proxime pro communi parente agnoſcunt, *per* §. *praeced. v. c. f. X. de conſanguin. et affin.* En itaque exemplum.

comm.

der Landes-Verweiſung. Würden ſich aber ſolche Perſo-







§. 15.

Hoc vero hic praetereundum non eſt, quod in linea collaterali *inaequali*, alii dicantur *ſuperiores*, alii *inferiores*. Illi *parentum*, hi autem *liberorum* loco veniunt. Non quod reuera ſint *parentes* et *liberi*, hoc enim ſaltem ad lineam rectam *aſcendentem* et *deſcendentem*, ſpectat; Sed, quia ſunt *loco* parentum *et* liberorum. Vocatur alias *parentalis reſpectus*, qui toties intercedit, quoties altera perſona, de cuius coniunctione quaeritur, *communi ſtipiti* immediate ſubeſt, et altera ab eodem eſt remotior. *a. l. 39. de R. N. §. 5. Inſt. de nupt.* Ecce exemplum: inter *me* et patris mei fratrem.




§. 16.

Gradus eſt diſtantia perſonae vnius ab alia, *ſeu*, eſt tranſitus de proximo in proximum. *v. §. 7. Inſt. de grad. cogn. l. 10. §. 10. ff. de grad. et affin.* Gradus in conſanguinitate *proprie*, in affinitate autem *improprie* dicuntur; quia proueniunt ex generatione, *d. §. 7.* affines vero ab affinibus non generantur, ſed cauſa et fundamentum affinitatis conſiſtit in nouis nuptiis. *v.* ZIGL. ad *Lancellot. I. I. C. p. m. 459.* Sicque gradus in affinitate, *non ex carnis generatione*, ſed *ex carnis coniunctione* vnice pendent.

§. 17.

Quia computatio eſt vel *ciuilis*, vel *canonica* (*v.* §. *2.*) quomodo vtraque inter ſe differat, nunc indicandum eſt. Ciuilis computatio eſt ſimpliciſſima *vnaque* regula continetur: *Quot ſunt generationes, tot ſunt gradus inter perſonas, de quarum cognatione quaeritur. d. l. 10. §. 9. de grad. et affin. et §. 7. I. de grad.* Quae regula tam in linea *recta* aſcendente et deſcendente, quam *collaterali*, tam aequali quam inaequali obſeruanda eſt. Iuxta hanc itaque regulam in linea recta *aſcendente*, ego et proauus *in tertio gradu* ſumus conſtituti; Et verſa vice, in linea recta *deſcendente*, ego et abnepos, *in gradu quarto.*

§. 18.

Canonica computatio in linea *recta* hac vtitur regula: *Quot ſunt perſonae de quibus quaeritur, computatis intermediis* (vna demta, ſ. demto ſtipite) *tot ſunt gradus inter eos.* Ex qua regula adparet, *quoad lineam rectam aſcendentem et deſcendentem*, nullam realem intercedere differentiam inter vtramque computationem. Sic *v. g.* auus meus, *tam* iure ciuili, *quam* canonico eſt mihi *in gradu ſecundo.*

§. 19.

In linea collaterali autem *iure ciuili* iterum *regula* §. *17. adducta* adplicatur, cum addito tamen: *vtroque latere computato.* Hoc itaque iure *ego* et *frater meus*, in ſecundo ſumus gradu. Et ego, et fratris filius, in tertio. A me enim numerare incipio, aſcendendo *ad patrem*, qui eſt in *primo*, a patre deſcendo *ad fratrem*, qui eſt in *ſecundo*, a fratre, *ad huius filium*, qui eſt in *tertio gradu* mihi conſtitutus.

§. 20.

Ius canonicum autem *quoad lineam collateralem* alia plane incedit ratione. Si enim linea eſt *aequalis*, vtitur hac regula: *Quoto gradu alterutra perſona ex iis, de quarum cognatione quaeritur, diſtat a communi ſtipite, eodem gradu diſtant eae perſonae inter ſe.* Vel, quod in effectu idem eſt, ſi *ſcil.* linea

collateralis ſit aequalis, *vnum latus tantum numeratur*, iuxta regulam: *quot ſunt perſonae de quibus quaeritur, computatis intermediis* (vna demta, ſ. demto ſtipite) *tot* ſunt *gradus*. Duo igitur fratres, *iuxta hanc computationem*, ſunt in *primo gradu*. Duo enim gradus *legales*, faciunt hic *vnum gradum canonicum*. *v. c. 2. XXXV. qu. 5.*

§. 21.

Si vero linea eſt *inaequalis*, ius canonicum hanc adhibet regulam: *Quoto gradu perſona remotior, ex iis, de quarum cognatione quaeritur, diſtat a communi ſtipite, eodem gradu illae, quarum coniunctio inueſtigatur, diſtant inter ſe. v. c. 3. et 9. X. de conſanguin. et affin.* Vel ſi mauis *alteram regulam*, de qua §. *praec.* dictum, etiam hic adplicare licet. Poſitis vero hiſce regulis, *ego et fratris mei filius*, in ſecundo ſumus gradu. Et ſic porro. Ratio diuerſae computationis in linea collaterali *aequali* et *inaequali* ab ALEXANDRO in famoſo *illo can. 2. XXXV. qu. 5.* haec redditur: *quia, ſicut nuptiae duas perſonas, quae vna caro dicuntur, requirunt, ita* quoque duae perſonae *coniunctim vnum gradum conſtituunt.* Quae tamen plerisque diu minus idonea viſa fuit, et praeprimis in linea inaequali plane concipi non poteſt, quomodo illi *eodem gradu* inter ſe poſſint diſtare, qui a ſtipite inaequaliter diſtant. *v. omn.* HORN. *de comput. grad.* §. *23.*

§. 22.

ALEXANDRI vero conſtitutionem, vi cuius matrimonium *in cit. can. 2.* vſque ad gradum ſeptimum prohibuit, correxit INNOCENTIVS III. *in cap. 3. X. de clandeſt. deſponſ.* (IV. 3.) et *in cap. 8. X. de conſangu. et adfin.* (IV. 14.) prohibuitque ſaltem matrimonium *ad quartum gradum vſque incluſiue* quamuis ratio quae hoc vltimo loco adducitur, *quia* ſcil. *quatuor ſunt humores in corpore, qui conſtant ex quatuor elementis*, quam quidem BELLARMINVS *de matrimon. c. 29.* defendit, admodum feſtina videatur. *conf.* ZIGL. *ad Lancell. I. I. C. lib. II. tit. 13.* §. *10.* verb. *quartum conſanguinitatis gradum, p. m. 460.*

§. 23.

Quicquid denique varie varii de canonica diſputent computatione, in cauſis matrimonialibus tamen, in Terris Principum Proteſtantium hac quoque vtimur, plane autem non alia ex ratione, quam ob admiſſum ius canonicum a Principibus et Statibus Euangelicis. Hinc ſecundum hanc a Conſiſtoriis plerisque Germaniae in controuerſiis matrimonialibus, pronunciari fidem faciunt. BEVST. *de matrim. p. 2. c. 51. circa fin.* CYPRAEVS *de iure connub. p. 2. c. 6. §. 3. n. 2. conf.* CARPZ. *de arb. conſangu. et affin. diſp. 1. §. 12. n. 68. p. m. 12.* Vbi *§. 13.* hanc computationem etiam in Saxonia obſeruari, teſtatur, quoniam hoc noſtro iure nulla alia computatio introducta, et a iure communi temere recedendum non eſt. GERHARD *loc. Theol.* de coniugio, *§. 253.*

§. 24.

Huc vſque de conſanguinitate. Videndum vero nunc etiam de affinitate. Eſt autem *affinitas proximitas perſonarum copula carnali contracta inter virum et mulieris conſanguineos, et inter mulierem ac viri conſanguineos. v. l. 4. §. 3. de gradib.* et *§. 6. 7. 8. I. de nupt. conf. infr. §. 29.*

§. 25.

Formant vero Dd. etiam *affinitatis arborem*, vbi iterum *aſcendentes*, *deſcendentes*, et *collaterales* deprehenduntur. In medio igitur huius arboris, (*vbi in arbore conſanguinitatis* Petrucius *depingitur*) Maritus et vxor, qui ſunt fundamentum affinitatis, ponuntur. Tunc *in linea adſcendente* inuenitur a) *Socer* ſeu mariti vel vxoris pater, der Schwieger-Vater oder Schwäher; *Socrus*, ſ. mariti vel vxoris mater, Schwieger-Mutter oder Schwieger. b) *Pro-ſocer*, it. ſocer magnus, ſ. mariti *vel* vxoris auus, Groß- oder Elter-Schwäher; *Pro-ſocrus*, it. ſocrus magna, ſ. mariti *vel* vxoris auia, Groß-oder Elter-Schwieger. Et ſic porro (*vti in conſanguinitate, v. §. 10.*) *Abſocer*, *Atſocer*, *Triſocer etc.* In *linea deſcendente* vero ponitur a) filii vxor, *ſeu* nurus, Sohns-Weib oder Schnur; Filiae mari-

maritus, ſ. gener, Tochter-Mann, oder Eydam. b) Nepotis vxor, ſ. pronurus, Unter-Schnur, Sohns Sohns Weib; Neptis maritus ſ. Progener. Unter-Eydam, Tochter Tochter Mañ. Et vlterius (*vti in conſanguinitate v.* §. *11.*) Abgener, Atgener, Trigener etc. Ad laterem mariti ponitur, mariti frater ſ. *levir*, Manns Bruder oder Schwager; Mariti ſoror, ſ. glos, Manns Schweſter oder Schwägerin. Ad laterem vero vxoris: Vxoris frater, Frauen Bruder oder Schwager; Vxoris ſoror, Frauen Schweſter oder Schwägerin.

§. 26.

Canoniſtae plura introduxerunt genera adfinitatis, de quibus vide iudicium AZONIS *in Summul.* ipſius *Cod. de nuptiis.* Tria vero communiter ab omnibus adſeruntur; PRIMVM, quod vnica mediante perſona, *v. g.* inter me et fratris mei vxorem,  SECVNDVM, quod mediantibus perſonis duabus, *e. g.* inter me et fratris mei vxoris, ſecundum maritum,  TERTIVM, quod tribus mediantibus perſonis contrahitur. *e. g.* fratris mei viduae ſecundi mariti, ſecunda uxor, in tertio affinitatis genere mihi conſtituitur, *h. m.*  *v. l. 15. ff. de R. N.* De vſu hodierno horum generum dicemus §. 40.

§. 27.

An vero etiam in affinitate (*vti in conſanguinitate*) dentur gradus, quaeritur? Affirmant hoc DVARENVS *ad tit. ff. ſolut. matrim. c. de nupt.* rubric. *inter quas perſonas contrahantur.* §. *hactenus*, it PAVLVS *in l. 10. de gradib. et affin.* et INNOCENTIVS III. *in cap. pen. X. de conſang. et affin.* Negat autem *verbis* apertiſſimis MODESTINVS *in l. 4.* §. *5. de gradib.* cuius

 ſenten-

ſententia etiam in praxi recepta, quia gradus proueniunt ex generatione, §. 7. *Inſt. de grad.* BORCHOLT. *de grad. p. 9. vers. nec enim affines.* Improprie igitur hic dicuntur gradus, vti *ſupra* §. 15. iam monuimus. Vnde tritum illud: *Mutat nupta genus, ſed generata gradus.*

§. 28.

Ad gradus autem cognoſcendos in affinitate, formant Dd. hanc regulam: *Quoto gradu cognati vxoris vxori iunguntur in conſanguinitate, eodem marito iunguntur in affinitate.* Cui regulae ipſe Autor coniugii DEVS fundamentum poſuit, *Geneſ. II. 24. coniuges non duo, ſed vna caro.* Addita igitur perſona (*v.* §. 26.) mutat ſaltem *genus attinentiae*, non vero *gradum. e. g.* Ego et frater meus ſumus conſanguinei *in primo gradu conſanguinitatis*; Ergo vxor illius, quae eſt perſona addita, *mutat genus attinentiae*, i. e. alio genere mihi iuncta eſt quam frater meus: nam ipſa eſt mea affinis, frater vero eſt meus conſanguineus; Sed non mutat gradum. Sicuti igitur frater eſt mihi in primo gradu conſanguinitatis, ſic vxor illius *in primo genere affinitatis.* Sic porro intuitu *generis* ſecundi *et tertii.*

§. 29.

Praecedenti regulae alia adhuc eſt addenda: *Inter conſanguineos mariti et vxoris nulla eſt adfinitas impediens matrimonium.* Vel hoc modo: *Conſanguinei vxoris ſunt affines marito, et Conſanguinei mariti ſunt affines vxori.* Ex qua regula adparet, qui *proprie* adfines dicantur. *Scil.* fratres duo, duas ducere in matrimonium poſſunt ſorores. Imo pater et filius, matrem et filiam ducere non prohibentur, quia nulla hic deprehenditur adfinitas.

§. 30.

Hiſce ſic poſitis videndum nunc eſt de ipſa matrimonii prohibitione *tam* in conſanguinitate *quam* adfinitate. Hic autem iuxta *ordinat. matrimonialem*, tit. Welchen Perſonen ſich ꝛc. §. Die Perſonen. In C. I. S. E. *p. 379.* in *linea recta*

*aſcen-*

Perſonen auch fleiſchlich vermiſchen, ſo ſollen ſie beyderſeits am Leben mit dem Schwerd geſtrafft, aber da es nur Stief-Eltern und Stief-Kinder betrifft, mit Staupenſchlägen des Landes ewig verwieſen werden. Stief-Eltern und Kinder.

Zum Andern.

Die Perſonen, welche ſeithalben einander im dritten Glied ungleicher Linien verwandt ſeyn, ſollen einander Seiten-Linie.

*aſcendente* et *deſcendente* prohibetur matrimonium. Quae prohibitio eſt *iuris diuini. v. Leu.* XIIX. *7. et 10.* vtpote inter parentes et liberos, auos et neptes etc. Hic enim nunquam concubitus fieri poteſt, quin accedamus *ad reliquias carnis noſtrae.* Vbi obſeruamus, quamuis exempla in S. Codice expreſſa ſint graduum propiorum, nullum tamen dubium eſt, *quin idem iuris ſit in remotioribus*, eſt enim perpetuum, quod ſint *parentes et liberi etiam in longe diſſitis gradibus.* Proinde, quo remotior perſona, eo maior ob aetatem, ſi aſcendimus, eſt *veneratio*, ſi deſcendimus, *pudendi* cauſa.

§. 31.

(Ad §. Erſtlich ꝛc. verb. fleiſchlich vermiſchen.) Qui itaque contra legum prohibitionem hic incedunt, *inceſtum* committunt. De quo quaedam *h. l.* inſerenda. Eſt autem inceſtus duplex, *vel* iuris Gentium, Diuini *ſeu* naturalis, *vel* iuris ciuilis.

§. 32.

Inceſtus *iuris Gentium* et *Diuini* per coitum naturali rationi et iuri Diuino vniuerſali repugnantem, *in conſanguinitate* et *adfinitate* committitur; Nimirum ſi aſcendentes et deſcendentes, fratres et ſorores, et omnes illi, qui ſibi inuicem ſunt parentum liberorumue loco, ſe commiſcent. Hic *iure Saxonico*, punitur in linea recta conſanguinitatis in viro atque femina poena gladii, *v. P. IV. C. El. 22.* affinitatis autem fuſtigatione et perpetua relegatione, *v. P. IV. C. El. 24.*

(Ad

ander nicht ehelichen, als da ſeynd alle die Perſonen, ſo von einerley Eltern, Vater oder Mutter halben, gebohren und herkommen, und von ihren gemeinen Eltern anzurechnen, die eine Kindes Kindes-Kind, die andere Kindes-Kind iſt, und alſo nach der Perſon von welcher ſie zugleich ihren Urſprung haben, ihrer eins die andere, und eins die dritte Perſon iſt, und was auch unter denen einander näher verwandt ſeyn mag, dieſe alle ſollen ſich in Ehe-Gelöbniß nicht einlaſſen, wie denn auch niemand ſich mit des Groß-Vaters Vatern, oder der Groß-Mutter-Mutter, Geſchwiſter, weil dieſelben derer Eltern ſtatt halten, ehelich verloben ſoll

Deren Vermiſchung.

Würden ſich aber ſolche Perſonen wiſſentlich in Ehe-Gelübde einlaſſen; So ſollen ſie in unſern Landen nicht getrauet,

(Ad §. Zum andern ꝛc. verb. Würden ſich aber ꝛc.) *In linea* collaterali, quoties perſonae in conſanguinitate *gradu primo* vel *ſecundo inaequali*, aut in adfinitate *gradu primo* aequali ſibi inuicem iungantur, fuſtigatione cum perpetua relegatione, alias mitius. *P. IV. C. El. 22. §. f.* it. *C. 24. v.* CARPZ. *qu. 72. 73. et 74.* de poena iuris ciuilis, *v.* MENCKEN, *Synop. Inſt. ad tit. de nupt. §. 12. p. m. 57.* it. *in Theor. et Prax. Pand. tit. ad leg. Iul. de adult. coerc. §. 31. p. m. 1553.*

§. 33.

Inceſtus *iuris ciuilis* dicitur, qui coitu prohibito mero iure ciuili, vniuerſali vel particulari, inter conſanguineos et adfines committitur. In hoc *ſequioris ſexus ignorantia* oſtenſa, excuſationem aliquam praebet, *v. l. 38. §. 2. 4. ad Leg. Iul. de adult.* quem in modum pronunciauit *F. I. L. Menſe Mart. 1715.* et mitior poena, quam in inceſtu *iuris Gentium* dictari ſolet. *v.* MENCKEN *c. l. §. 30.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-137057-p0074-4

getrauet, noch weſentlich darinnen geduldet werden. Da ſich auch ſolche Perſonen mit einander fleiſchlich vermiſchet,

§. 34.

An vero matrimonium inter adſcendentes et deſcendentes *iure naturali* illicitum et inceſtuoſum dicendum ſit? diſputant adhuc inter ſe. Sunt qui adfirmatiuam tuentur. Alii vero negant, *ex rationali et ſociali hominis natura liquido conſtare, quod neceſſitudo ſanguinis* et *adfinitatis obſtet, quo minus quaedam coniugia ex iure naturali illicita ſint declaranda.* Rationes adfirmantium, vna cum obiectionibus negantium *vide apud* GENZEKENIVM in *iuris diuini poſitiui prudentia cap. VII. memb. 3. p. m. 49. ſeqq.* Hoc interim verum, apud *Perſas, Medos, Indos etc.* aſcendentes cum deſcendentibus concubuiſſe. IDEM *c. l. p. 51.* alias adhuc gentes, tale matrimonium adprobantes adducit BORCHOLT. *de gradib. p. m. 103. ſeq.*

§. 35.

Affinitas quae §. *24.* deſcripta, VERA ſ. PERFECTA dicitur, addunt Dd. *verae* FICTAM ſ. IMPERFECTAM, *v.* BACHOV. *ad* §. *9. Inſtit. de nupt.* Haec itaque adeſſe cenſetur *ſi maritus filiam, quam vxor poſt diuortium ex alio marito procreauit*; Vel, *ſi pater filii ſponſam*, vel *filius patris ſponſam* ducere velit. Qualia matrimonia ob honeſtatem, quae in nuptiis potiſſimum ſpectanda, non permittuntur, *v. l. 42. ff. de R. N.* locus tamen hic eſt diſpenſationi, praeuio iuramento purgatorio, copulam carnalem non interueniſſe, *conf.* RICHTER *Dec. XI. n. 15. ſeq.*

§. 36.

Alia porro matrimonii prohibitio apud Romano-catholicos obtinet, quae *cognatio ſpiritualis* ab iisdem vocatur. De qua *v. l. 26. in f. C. de nupt.* et *tot. tit. X. de cognat. ſpirituali,* (IV. II.) *cauſa XXX. qu. 1. per tot.* Deſcribunt hanc, quod ſit *attinentia quaedam, proueniens ex Sacramenti* (Baptiſmi et confirmationis) *collatione vel ad ſacramentum detentione. v.* GER-

ſchet, ſollen ſie des Landes ewig verwieſen, und wo ſie einander ſeitwerts, in erſten oder andern Glied ungleicher Linien

---

HARD loco *de coniugio*, *§. 365. p. m. 540. ſeq.* vi huius *inter* baptizantem et baptizatum, *inter* patrinum et baptizati parentes, *inter* ſuſceptorem et ſuſceptam, *inter* compatres et commatres etc. matrimonium prohibetur. In *Ducatu Luneburgico* haec ſpiritualis cognatio inter *ſuſceptorem* et *ſuſceptam* etiam obtinet, vti conſtat ex *Ordinat. Polit. Ducat. Luneb. tit. 30.* alias autem in pleriſque noſtrarum Eccleſiarum nuptiis impedimento non eſt, *teſte* BRVCKNERO *in dec. matrim. cap. 4. n. 64. p. m. 164.* CARPZ. *lib. II. def. 74.* HAVEMANN, *in Gamologia lib. II. tit. 6. probl. 9. p. m. 317. ſeq.* et ab his, in magna copia, allegati. *Conf.* IO. AVG. *Nob.* DE BERGER, *in collatione iuris Alamannici tam Prouincialis quam feudalis, c. 370. §. 8.* ibi: Der dritt Menſch, die man zu der Ehe meiden ſoll, das iſt geiſtlich *Sipp. etc. p. m. 239. ſeq.* et *diſp. mea*: De matrimonio copula carnali et ſacerdotali conſummato, ob dolum adhibitum annullando, *cap. I. §. 17. n. 8.*

§. 37.

Materiae huc vſque explicatae caſus aliquot, intuitu quorum controuerſia moueri ſolet, adiiciam. Eſto I.) *de matrimonio compriuignorum.* An compriuigni, *i. e.* priuignus ex alia vxore, et priuigna ex alio marito, (*vulgo* zuſammen gebrachte Kinder) matrimonio coniungi poſſint? quaeritur: Et reſpondetur, de iure ciuili, canonico et praxi apud Euangelicos, permiſſum eſſe tale matrimonium, eo quoque caſu, *ſi frater* vel *ſoror communis adſit. v. §. 8. Inſtit. de nuptiis. l. 34. §. 2. de R. N.* cap. *quod ſuper his, 5. X. de conſangu. et adfin.* quia inter compriuignos nec conſanguinitas nec adfinitas intercedit. *v.* KITZEL *ſynopſ. matrim. c. 3. theor. XII. lit. H.* SCHNEIDEW. *ad Inſtit. tit. de Nupt.* rubr. *de arbore affinitatis, n. 9.* RICHTER, *Dec. XI. n. 22.* Praeiudicium *Fac. Iur. Vitteberg.* pro hac ſententia adducit *ill. de* WERNHER P. II. *Enunc. 342.*

*p. m.*

Linien verwandt, als da ſind Bruder und Schweſter, oder da einer ſeines Brudern oder Schweſter-Kind ehe-
lichen

*p. m. 654.* multi vero hic diſſentiunt, praeprimis ſi ex parentum matrimonio proles prognata. Ex quibus ſaltem nomino BERGERVM *in Oecon. iur. edit. nou. p. 103.* et *in Comment. de matrim. compriuignorum.* 2) ANTON. MATTHAEVM, in diſp. *de fundamentis quibusdam iuris aliter iaciendis, diſp. XII. th. 18.* qui ſe reperiſſe putat in verſione TREMELLII, IVNII et PISCATORIS, non quod pueri in faba. 3 SAMVEL BOHLIVM, *in tractatu contra matrimonium compriuignorum, Roſtochii 1637.* BOHLIO vero ſe oppoſuit et ex profeſſo ipſum refutauit IOACH. COTHMANNVS, *Prof. Theol. Roſtoch.* in ſcripto peculiari *ibidem* edito *1638.* Rationes BOHLII adducit HAVEMANN *in Gamolog. lib. II. tit. VI. problem. 6. p. m. 307.* ad illasque reſpondet; Idem facit BRVCKNER *in deciſ. matrim. cap. IX. n. 3. ſeq. p. m. 285.* Obiiciunt *ſcil. cap. Leuit. XIIX. v. 11.* ad quem locum tamen, vt paucis multa dicam, communiter reſpondent: *hunc textum non loqui de filia antea nata, ſed,* quae in ſecundo coniugio genita eſt. *v.* CARPZ. *Lib. II. def. 105. ibique* BEYER *in addit. v. omn.* VALAND. in diſſert. *de lege connubii, quae Leuit. XVIII. v. 11. ex Gentium iure refertur, Lipſ. 1705. rec.* Quoad reliqua lectorem ad BRVCKNERVM et praeprimis HAVEMANNVM, qui *textum hebraicum,* vna cum variis verſionibus exhibet, ablegatum volo.

§. 38.

Quaeritur II) an matrimonium *cum auunculi vidua* ſit permittendum? Negant hoc permulti ex Theologis. *v.* CHEMNITIVS *P. III. locor. de coniug. p. 549.* et in examine *Concilii Trident. P. II. de matrim. can 3.* GERHARD in loco *de coniugio, §. 275. p. m. 408. ſeq.* KOENIG *de caſib. conſcient. p. 779.* et ab his allegati. His accedunt e ICtis BEVST. *de ſponſal. et matrim. P. I. c. 51.* ZIGLER *de iur. Maieſt. lib. I. c. 7. § 16 ſeqq.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-137057-p0077-0

lichen wolte, dieſelbigen ſollen mit der Verweiſung, wegen der begangenen Blutſchande, zugleich auch zur Staupen geſchlagen werden.



CARPZ. *lib. II. def. 76.* BERGER *in oecon. iur. edit. nou. p. 101.* THOMAS. *in iurispr. diuin. lib. III. c. 3.* §. *110. lit. c.* HORN *Claſſ. III. Reſpon. 8.* vbi praeiud. *Fac. Iurid. Vitteb.* pro negatiua recenſet. E contrario non deſunt qui adfirmatiuam amplectuntur, *v.* ex Theologis PFAFF *in Inſtit. iur. Eccleſ. p. 314.* MEIER *in vxore chriſtiana, c. IX.* SPENER in denen Theologiſchen Bedencken, *Vol. vlt. P. II. Sect. 8. c. 4. p. 170.* et ipſe B. LVTHERVS *Tom. II. Ienenſ. fol. 152. et Tom. II. Altenb. fol. 211.* per plura denique pro hac ſententia collegia theologica et iuridica collegit NIEMEIER *de coniugiis prohibitis, diſp. V.* §. *32.* In ſpecie vero e ICtis hanc tuentur ſententiam STRVV. *S. I. C. tit de R. N. th. 38.* SELDEN. de *ſucceſſ. ad leg. Ebr. cap. 14.* BOEHMER. *I. E. Proteſt. lib. IV. tit. 14.* ID. *in tract. de act. in f.* RICHTER *dec. 11. n. 7. ſeqq.* BECHSTAD *de condit. ſponſal. p. 370. et 384.* STRYK. *de diſſens. ſponſal. cap. V.* §. *21.* SCHILTER *Exerc. XXXVI. th. 40.* vbi erudite hanc decidit controuerſiam. BECHM. *ad* $\pi$. *de R. N. obſeruat. pract. 30. illuſt. de* LEYSER *Vol. V. ſpec. CCXCII. med. 1. p. 35. ſeqq. ibique praeiud.* de qua materia legi meretur *diſputatio inauguralis Dni* HENRICI EIZEN, *de matrimonio cum auunculi vidua,* quam *ſub Praeſidio* GEBAVERI habuit, *Goetting. 1737.* vbi capite vltimo varia huius matrimonii exempla et praeiudicia nouiſſima adducuntur.

§. 39.

Quaeritur III.) an matrimonium *cum fratris defuncti vidua* ſit licitum? Reſpondetur: de iure naturae non prohibetur, bene tamen de iure diuino *poſitiuo*, hinc nec diſpenſationi Principis locum relinquunt. *v.* BERGER *P. II. Reſp. LXXII. p. m. 109.* quod procedit etiamſi copula carnalis acceſſerit, ob

## Zum dritten.

Wie nun denen Perſonen, wegen der Blut-Freundſchafft ſich in Ehe-Gelübde einzulaſſen verboten; Alſo ſollen auch die, welche Schwägerſchafft halben, einander Schwägerſchafftlich Verwandte ſind denen Blutsfreunden gleich.

*Leuit. XVIII. v. 16.* et *XX. v. 21.* qui textus in nouo teſtamento MATTH. XIV. MARC. VI. repetuntur, vbi tale matrimonium in HERODE cum defuncti fratris PHILIPPI vidua ab IOANNE improbatur. a)

§. 40.

Quaeritur IV.) an matrimonium *cum vxoris defunctae* fratris vidua ſit permittendum? Negat hoc MENZERVS *de coniugio, p. 80. ſeq.* BROCHMAND. *in art. de coniug. c. 4. qu. 47.* GERHARD in loco: *de coniugio, §. 356.* CARPZ. *Lib. II. def. 102.* MENCKEN. *in Synopſ. Inſtit. ad tit. de nupt. §. 3. p. m. 53.* Quia vero genera affinitatis ſunt inuentum iuris Pontificii, et poſterioribus temporibus *ſecundum et tertium genus* temere *excogitatum*, iterum abrogatum, *conf. cap. 8. X. de conſanguin. et adfin.* hinc tale matrimonium non eſſe prohibitum multi adfirmant, *v.* COVARRVV. *de matrim. P. II. c. 6. §. 7. n. 6.* ZIGLER *ad* LANCELL. *I. I. C. lib. II. tit. XIII. §. 10.* verb. *et tertio adſinitatis genere, p. m. 459.* SCHNEIDEW. *ad Inſtit. tit. de nupt.* rubr. *de arbore adſinitatis, n. 13.* BRVNNEM. *in I. E. lib. II. c. 16. §. 23.* vbi CARPZOVIO diſſentienti reſpondet. *de* BERGER, *in ſupplem. ad El. Proc. Matrim. §. 4. p. m. 107.* vbi praeiudicium *Fac. Iur. Vitteberg.* adducit. *conf.* RICHTER *dec. XI. n. 23.*



a) Quae ſententia tamen a ſummo Legiſlatore limitatur, ſi frater ſine liberis deceſſerit; Hoc enim caſu, vt frater fratris viduam ducat, ne nomen ipſius pereat, praecipitur. *v. Deut. XXV. v. 5.* ad quem locum prouocabant etiam *Sadducaei* Saluatorem tentantes, apud MATTH. *cap. XXII. v. 24. ſeq. Conf. Geneſ. XXXIIX. 8. 9. 10.* de crimine onanitico.

ander ebenmäßig verwandt, ſich in Ehe-Gelöbnis nicht einlaſſen; Dann ſo nahe, als der verſtorbene Ehegatte ſeinen eigenen Bluts-Freunden zugethan, ſo nahe iſt auch denen.

§. 41.

Quaeritur V.) an matrimonium *cum defunctae vxoris* ſororis filia ſit licitum? Adfirmat hoc WESENBEC. *conſil. XXIII.* FICHARD. *Vol. II. conſ. 68.* et aliquando diſpenſatum hoc fuiſſe meminit RICHTER *dec. XI. n. 13. ſeq.* vbi a *ICtis Ienenſib.* ſic iudicatum refert. Negant vero hoc alii, nec diſpenſationi Principis locum relinquunt, *v.* CARP. *lib. III. def. 92.* et ſic in F. I. V. iudicatum, teſtatur *de* WERNHER, *Vol. I. Part. I. obſeru. CCXXLIII. p. m. 533.*

§. 42.

Controuertunt VI.) acriter et Theologi et ICti circa matrimonium *cum vxoris defunctae* ſorore. Hoc enim contra legem diuinam eſſe ſtatuunt HAVEMANN *in defenſione reſponſi* Moſis *contra matrimonium cum defunctae vxoris ſorore, oppoſita coecutientibus Iudaeis, et nouaturientibus jeſuitis, Gieſſae 1664.* (4.) IDEM *in gamologiae* adpendice, *conſilio 34. p. m. 638.* TABOR *in Armentario Iuſtin. p. 333.* quem inſpecie adducit HAVEMANN *c. l. conſil. 35.* AEGID. STRAVCH, *in tr.* Germanice *edito*: daß GOttes Geſetze, du ſolt deines Weibes Schweſter nicht nehmen, noch feſte ſtehe. *Vittemb. 1699.* KETTNER. in der Unterſuchung der Frage: Ob iemand ſeines verſtorbenen Weibes Schweſter Heyrathen dürffe? *th. 2.* THOMAS *in iurispr. diuina, l. 3. c. 3. §. 100. ſeqq.* THOM. ITTIG. *in hiſtoria* ſynodi *Pictauienſis, p. 52.* alii. Permulti vero hoc matrimonium iure diuino licitum eſſe ſtatuunt, ex quibus ſaltim nomino BVCHOLZIVM *in reſponſ. iuris pro matrim. Princip. cum defunctae vxoris ſorore.* COCCEIVM *in iure controuerſo, ad Tit. π. de R. N. quaeſt. XIV.* vbi *F. I. Hallenſ.* integrum praeiudicium operoſe, pro hac opinione, elaboratum, adducit. BRENTIVM

denenſelben ſein hinterlaſſener Ehegatte, Schwägerſchafft halben verwandt. Derowegen, da ſich ſolche nahe beſchwägerte Perſonen in Ehegelübde einlaſſen würden; Sollen

TIVM *tom. I. comment. in Lev. 18.* LVTHERVM *tom. Ienenſ. I. germ. fol. 149. ſeq. et tom. Ien. II. germ. fol. 165. ſeq.* THEOLOGOS et ICTOS *in Actis Colloquii Oettingenſis, anno 1681. habiti.* IOAN. MELCHIOR. GOETZIVM, *Theolog. Halberſtad.* qui ipſe vxoris defunctae *ſororem* in matrimonio habuit, *in libello cui titulus:* Die annoch ungekränckte Ehre der Ehe, mit der verſtorbenen Frauen Schweſter, *Francof. 1707.* (8) Huic multi ſe oppoſuerunt, in ſpecie KETTNERVS ante adductus. Cui vero in *cit. tr.* ipſe GOETZIVS reſpondit, *ſub titulo:* Kurtze doch gründliche Abfertigung der von Herrn L. Friedrich Ernſt Kettnern gemachten Unterſuchung der aufgewärmten Frage: Ob iemand ſeiner verſtorbenen Frauen Schweſter, mit guten Gewiſſen Heyrathen könne? Poſſent plures pro hac ſententia auctores adduci, niſi hi ſufficerent; Poſſent etiam haud pauca eaque recentiſſima exempla proferri, niſi tacere praeſtaret. *Conf. Dn. D.* DEYLING. *in Inſtit. prudent. paſtor. P. III. c. 6.* §. *51. p. m. edit. nou. 542.*

§. 43.

Tandem quaeſtio: *An coniugia ſint ſolum prohibita inter perſonas expreſſe determinatas, an vero inter eas etiam quae vel eodem vel viciniori gradu ſe mutuo contingunt?* hoc loco non eſt omittenda. Scil. *Leuit. XIIX. v. 14. et 16.* in Linea collaterali conceptis verbis prohibetur tantum matrimonium *cum patrui vidua*, et *fratris vidua.* Hinc multi ſtricte hiſce inſiſtunt, et inter reliquos non nominatas perſonas matrimonium iure diuino non eſſe prohibitum concludunt. Orta iam olim eſt contentio inter KARRAEOS et TALMVDISTAS. TALMVDISTAE enim *ad perſonas* nominatim *expreſſas* ſaltim reſpiciebant; KARRAEI autem gradum conſiderabant; Lis haec

Sollen ſie im Lande nicht getrauet, noch weſentlich geduldet, und da ſie ſich hierüber fleiſchlich vermiſchet, des Landes ewig verwieſen werden, auch nach Gelegenheit der

Deren fleiſchliche Vermiſchung.

haec nec hodie ſopita. Perſonas enim in lege diuina expreſſas, ſaltim prohibitas eſſe ſtatuunt BVCERVS *in* MATTHAEI *cap. XIX.* SIMON PAVLI *P. III. Theol. p. 282.* DANIEL HOFFMANN *in reſponſo quodam prolixo*, BARTHOLOM. Meyer *in Reſponſo ſuo ſub dato d. 17. Aug. 1595.* MENZERVS *in Tr. de coniugio fol. 77.* BVLLINGERVS in dem groſſen Opere: vom Eheſachen, ERASMI SARCERII *p. 53.* et ipſe B. LVTHERVS, *tom. II. Ienenſ. Germ. tit.* vom ehelichen Leben, §. die andere Urſache ꝛc. *fol. 148.* vbi ſcribit: GOtt rechnet nicht gantz nach den Gliedern, wie die Iuriſten thun, ſondern zehlet ſtracks die Perſonen. A qua ſententia LVTHERVS poſtea non receſſit, vti quidam putant, quando *in Tom. Germ. Ien. fol. 275.* haec verba habet: Der Sipſchafft halber und Glieder der Freundſchafft, wäre mein Rath, man lieſſe es bey weltlichen Rechten bleiben. Nam quid tutius ſit, tantum aſſerit, et conſilium exponit, vt in hoc caſu dubio potius contraria opinio attendatur; Non vero dicit, hanc opinionem falſam eſſe et verbo Dei non conuenientem. In eo enim omnes conſentiunt, nunquam ſuadenda eſſe eiusmodi matrimonia, ſed omnibus modis diſuadenda, maxime ſi dubia ſit contrahentium conſcientia. Haec igitur ſententia, *non ad gradus reſpiciendum eſſe*, a variis Collegiis Iuridicis recepta eſt, vt de Facultatibus *Francofurtana*, *Helmſtadienſi*, *Kilonenſi*, *Rintelenſi* ac *Hallenſi* teſtatur eamque praeiudiciis illarum in ſpecialibus caſibus confirmat STRYK *de diſſenſu ſponſal. Sect. 5. §. 21. p. m. 170.* et *in not. ad* BRVNEM. *I. E. lib. II. c. 16. §. 21. p. m. 486. ſeqq. conf.* BRVCKNER *dec. iuris matrimonialis, cap. V. §. 60.* qui permulta exempla, huc pertinentia, adfert, *item* WILLENBERG. *Select. iur. matrim. cap. 1. §. 63. p. m. 49.* vbi rationes pro

der Verwandnüß, als da ſich eine Perſon mit zweyen Schweſtern, oder zweyen Brüdern wiſſentlich, fleiſchlich eingelaſſen hätte, zugleich neben der Verweiſung zur Staupen geſchlagen werden.

## Der dritte Punct.

### Von denen Ehegatten, ſo einander böslich verlaſſen.

Würde der Ehemann von ſeinem Weibe, oder hinwiederum das Weib von ihrem Ehemanne, muthwillig lauffen, und eines das andere eine Zeitlang ſitzen laſſen,

---

pro hac ſententia recenſet. Hiſce vero non obſtantibus communior et a plerisque receptior eſt opinio: *Deum citato loco non tam perſonas ibi nominatas, prohibuiſſe*, quam gradus, *vt a paritate gradus aliae quoque perſonae ibi non expreſſae coniungi vetentur.* Fundatam hanc eſſe ſententiam putant in *d. c. XIIX. v. 6. Nemo quisquam ad carnem carnis ſuae adpropinquet, ad retegendam nuditatem. Ego Iehova.* Atque pro hac ſententia calculum ponunt tam *Theologi* quam *ICti*, quos inter GERHARD *de coniugio* §. 275. BROCHMANN. *Syſtem. T. II. art.* 43. KOENIG *de caſib. conſcient. p.* 779. MENZERVS *tit. II. de coniug.* CALOV. *Syſtem. art. de coniug. p.* 358. CARPZ. *lib. II. def.* 76. BEVST. *de ſponſalibus et matrim. P. II. c. LI.* ZIGLER *de iure Maieſt. L. I. c. VII.* §. 16 *ſeq.* SCHVLTZ. *de arbor. conſang. c. VIII. M. I. n* 3. WISSENB. *ad Inſtit. VI.* §. 23. STRVV. *Ex. XXIX. th.* 37. SCHOEPFFER *in Syn. iur. priu. tit. de R. N. n.* 47. *conf.* GEORG. BEYER *de diſpenſatione circa matrimonium intra gradus conſanguinitatis et adfinitatis prohibitos. Vittemb.* 1698.

### Ad punctum Tertium.

### Von denen Ehegatten, ſo einander böslich verlaſſen.

§. 1.

Edidi *anno* 1727. diſſertationem: *De matrimonio copula carnali et ſacerdotali conſummato, ob dolum adhibitum annullando*, quam

laſſen, und auf vorgehende öffentliche Citation ſich nicht wieder einſtellen; So ſoll das verbrechende Theil, zu wel-

*Dn.* IVLIVS BERNHARDVS DE ROHR, qui diu, prae multis genere et virtute nobilibus, ſcriptis pereruditis, orbi literario exhibitis, *nomen illuſtre* ſibi acquiſiuit, (quale encomium poſt obitum ipſius ſincero corde et animo repeto,) in linguam vernaculam, vna cum *Ioan. Godofr.* KRANSII, diſſertatione (*de ſimili argumento quoad ſponſalia*) adnotationibus lectu dignis adiectis, transtulit, ſub titulo: Juriſtiſcher *Tractat* von dem Betrug bey dem Heyrathen. (8) Berlin, 1736. Qui tractatus denuo recuſus *Budiſſae anno 1741.* In dicta diſſertatione autem per totum *caput.* II. *de diuortio* ex inſtituto egi. Potiora igitur, quae ibidem latius propoſita ſunt, ad explicationem praeſentis materiae, hic recenſebo.

§. 2.

PAVLVS *in l. 1. ff. de diuort.* quatuor refert modos quibus coniugium rite initum, iterum diſſoluitur. 1) *diuortium*, 2) *mortem*, 3) *captiuitatem* et 4) *aliam contingentem ſeruitutis alterius coniugis.* Hic ſaltim, pro ſubſtrata materia, de *primo modo*, quaedam adducenda veniunt. Deſcribitur diuortium quod ſit *legitima ſeparatio mariti et vxoris cum cauſae cognitione, apud iudicem competentem.*

§. 3.

Iuri naturali non repugnare diuortia, niſi pactum de perpetua cohabitatione ſupponamus, late docet THOMASIVS *in iurisprud. diuin. Lib. III. c. II. §. 119.* hoc iure enim ad tempus contrahi poſſe matrimonia, non eſt quod dubites, quo tempore elapſo, pactum *vel* renouandum, *vel* nouarum nuptiarum eſt licentia. In effectu etiam *Iudaeorum* matrimonia erant temporaria. His enim ob σκληροκαρδίαν (*v.* MATTH. *XIX. 8.*) diuortia erant permiſſa. Tolerata etiam erat polygamia ſimultanea, quae *duo* tamen, ſi iuri naturali eſſent aduerſa,

welcher Zeit es hernach in unſern Landen betreten würde, mit Staupenſchlagen ewig verwieſen werden, es wäre

Deren Straſe.

uerſa, permitti non potuiſſent. Pertinet huc *matrimonium iſtud*, quod *ad* THALAC nuncupatur; Eſt enim etiam arbitrarium, vt *ſcil.* cum marito placuerit, hoc dirimatur. Qui mos coniugii in partibus Orientalibus ſeruari dicitur. *v.* BEYER *ad* CARPZ. *Conſiſt. p. m. 114. conf.* WILLENBERG. *Sel. iur. matrim. Cap. V. §. 46. p. m. 333.* NAEVII ius coniugum, *cap. III. §. 17. p. m. 81.*

§. 4.

Repugnant autem diuortia iuri diuino poſitiuo vniuerſali, in prima inſtitutione matrimonii promulgato. *v.* GEN. *II. 24.* ceu clariſſime docet SALVATOR *Matth. V. 32. et XIX. 3. ſeq. v.* POLIC. LYSERVS in ADAMO, *c. II. p. 210. conf.* HAVEMANNVS *in Gamol. Lib. III. tit V. p. m. 395.* Cum vero aucto, poſt Protoplaſtorum noſtrorum lapſum, humano genere, malitia magis magisque augeretur, et homines ab vno ad aliud peccatum agminatim quaſi prorumperent, nec datae ſemel fidei connubialis ſemper rationem haberent, ideo factum eſt, vt, ſicuti in caeteris, ita etiam in matrimonio MOYSES *Iſraëliticae* genti remittere potius a iure primum conſtituto, et concedere aliquid, quam inter coniuges iurgiis ac rixis, inſidiis, veneficiis, parricidiis, ac multis aliis maioribus malis atque ſcandalis viam et occaſionem aperire maluerit. *v.* GERHARD. loco *de coniugio, cap. X. Sect. III. membr. 2. §. 595. in f. p. m. 998.* Formulam libelli repudii, qua *Iudaei* vtuntur ex SELDEN. in *Vxore hebr. lib. III. c. 24.* adduxi, *cit. diſſert. c. II. §. 2. p. 21. conf.* ZIGLER *de iuribus Iudaeorum, cap. II. §. 15.*

§. 5.

Propter diſpoſitionem MOYSIS adlatam, ortae ſunt duae inter Ebraeos ſectae, teſte SELDEN. *c. l. lib. III. c. 21.* altera

wäre denn, daß es wieder zur Verſühnung beyder Eheleute gereichte, und auf den Fall, ſoll nichts deſtoweniger

HILLELIANORVM, quae ob quamcunque diſplicentiam diuortia licita credidit: altera SAMMAEANORVM, quae docuit, non licere ſe ſeparare ab vxore niſi in ea deprehenſa fuerit aliqua *foeditas*. Phariſaei addicti erant Sectae *Hillelianorum*, hinc SALVATOREM tentantes apud *Matthaeum*, *XIX. 3.* proponebant quaeſtionem: an liceat marito dimittere vxorem ſuam quauis ex cauſa? Quam SERVATOR negabat, ad primam matrimonii inſtitutionem prouocando. GEN. *II. 24.*

§. 6.

Simpliciter igitur CHRISTVS diuortia non adprobauit, ſed haec ſub illa limitatione: niſi propter πορνείαν prohibuit. Ob hanc exceptionem autem *duae* inter Chriſtianos ortae ſunt ſententiae; *Scil.* haud pauci vocem πορνείας per *ſolum adulterii delictum* modo explicandum eſſe, contendunt, illudque pro vnica legitimi diuortii cauſa venditant. Quia vero PAVLVS *I. Corinth. VII. 15.* MALITIOSAM DESERTIONEM addit, hinc etiam alii rectius adfirmant, ſub voce πορνείας, praeter concubitum illicitum, *alia delicta*, foeditate vel *aequalia* vel *maiora*, eſſe intelligenda. *v.* WESEMB. *ad ff. tit. de diuort. et repud. n. 11.* Quam ob cauſam HEMMINGIVS in libro *de matrimonio, repudio et diuortio*, verba CHRISTI ita expoſuit: *Dixit* CHRISTVS *Matth. V. 32. quicunque dimiſerit vxorem* παρεκτὸς λόγȣ πορνείας, *i. e. extra rationem adulterii etc.* Hic non πορνεία ſolum, ſed λόγος a) πορνείας excipitur; Cum ergo λόγος ſignificet rationem et proportionem, qui vetat verba CHRISTI ita

(a) Quid ὁ λόγος SOCRATI, HERACLITO etc. ſignificaſſe creditur, *vid. omn.* IOANNIS CLERICI Unpartheyiſche Lebens-Beſchreibung einiger Kirchen-Väter und Ketzer, *p. m. 14. ſeq.* ſub quo titulo prodiit. *Hal. 1721.* (8)

ger, das ſchuldige Theil mit Gefängniß willkührlich ge-
ſtrafft werden.

Wür-

ita interpretari: *Qui dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob cauſam, quae eam rationem criminis et foeditatis habet, vt ſcortationem quoad ſceleris grauitatem aequet, is facit moechari.* CHRISTVS igitur non *excluſiue* adulterium diuortii cauſam pronunciauit, ſed *ſynecdochice* locutus eſt, (*quae idem, quod Ebraica* eruath dabbar, *Deut. XXIV. 1.* ſignificat,) plures aeque graues cauſas, et ſub vna certa ſpecie, genus indigitauit, ſub quo ſimiles ſpecies, quod ſceleris et foeditatis grauitatem attinet, continentur. *Conf.* HAVEMANN. *in Gamol. Lib. III. tit. VII. p. m. 410. ſeq.* CARPZ. *Lib. II. def. 192.* BRVNNEM. *I. E. lib. II. c. XVII. n. 26.* ibique STRYK.

§. 7.

Patet ex dictis *ob duas* tantummodo *cauſas, ex nouo teſtamento adductas*, ſolui poſſe matrimonium, *ſcil.* 1) ob adulterium, et 2) ob malitioſam deſertionem. *v.* CARPZ. *lib. II. def. 189.* An vero praeter dictas cauſas adhuc aliae ſint admittendae? non adeo expeditum. Quidam formant regulam: *Omne illud, quod cum fine matrimonii principali pugnat, ac a coniuge ſponte ſuſcipitur, dirimendo matrimonio ſufficit. v.* TITIVS *in I. Priu. Lib. VI. c. V. §. 12.* Vi huius regulae multi Dd. addunt 3) pertinacem debiti coniugalis denegationem. *v.* BEYER ad CARPZ. *p. m. 131. ſeq.* HAVEMANN. *c. l. Lib. III. tit. VII. Probl. III. p. m. 415.* BRVCKNER *dec. matrim. cap. XIX. n. 18.* ibique in magna copia citati; *Conf.* TROPPANNEGER diſſert. *de mitigenda poena adulterii ob denegatum debitum coniugale. Lipſ. 1713. §. 4. ſeq.* Idem ſentiunt haud pauci 4) *de inſidiis vitae coniugum ſtructis*, quia eſt nulla maior inter coniuges perfidia, quam ſi vitae alterius vim inferre tentent. *v.* STRYK, *de diſſenſ. ſponſal. Sect. V. §. 9. ſeq.* Conſcientiae autem periculoſum eſſe hoc inſtitutum, cenſuit *Theol. et Iuridic.*

Beeder ſelbſt Sonderung. Würden auch zwey Eheleute ſich ſelbſt von einander ſondern, ungeacht, daß ſie gleich nicht auſſerhalb Landes

*Lipſ. Fac. Menſ. Auguſt. 1712.* hinc alii hoc caſu ſeparationi a thoro et menſa ſaltim locum relinquunt. *v.* CARPZ. *Lib. II. def. 217. n. 2.* Et in Saxonia ob has inimicitias matrimonium non ſoluitur. *v. de* WERNHER *P. IV. O. 6. p. m. 99.* Inſidiis vitae alii 6) perpetuam abortus procurationem addunt. *v.* LYNCKER *dec. Ien. dec. 71.* TITIVS, *c. l.* §. *14.* et omn. *ill. de* LEYSER *ſpec. ad π.* CCCXV. *per tot. p. m. 327. ſeq. Vol. V.*

§. 8.

Diuortium hodie diuiditur in diuortium *quoad vinculum*, et diuortium quoad *torum et menſam*. Quae quidem diſtinctio eſt *Canoniſtarum* tantum, qui diuortium nullum admittentes, in eius locum ſubſtituerunt (*tam* ſacris literis, *quam* legibus Romanorum incognitam) matrimonii ſolutionem quoad torum et menſam. Licet enim BELLARMINVS *Lib. I. de matrim. cap. XIV. in princ.* ſcribat: ICtos ſub nomine diuortii complecti *diuiſionem quoad torum et menſam*, et huius fieri etiam mentionem *in tit. de diuort.* falſum tamen hoc, et in ſcholis ICtorum inauditum dicit HENN. ARNIS. *de iure connub. c. XVII. ſect. II. n. 8.* recte ſane, quia non eſt verum diuortium, quod fit haud animo perpetuam conſtituendi diſſenſionem, vt ait *ICtus* PAVLVS *in l. 3. de diuort. v.* CARPZ. *Lib. II. def. 210.* vbi etiam differentias inter diuortium atque ſeparationem quoad torum et menſam adducit. *Conf.* SVENDENDOERFF. *de diuortio.* §. 5. GERHARD *in loco de coniugio*, §. *637. p. m. 1066.* De ſeparatione a toro et menſa. *v.* ill. de LEYSER *Vol. V. Spec. ad π.* CCCXVI. *p. m. 338. ſeq.*

§. 9.

Quaeritur autem hoc loco: Si matrimonii diſſolutio ex cauſa adulterii petatur, *vtrum* plene conſummatum eſſe debeat adulterium, (*puta per ſeminis immiſſionem*) aut, *annon* etiam graues

Landes gewichen, und ſie wolten ſich beyderſeits nicht wieder verſöhnen laſſen; So ſollen ſie beyde, oder das eine

graues ſuſpiciones ſufficiant de adulterio commiſſo? Prius adfirmant GONZALEZ TELLEZ *ad cap. XII. X. de praeſumt.* et *de* BERGER *in El. Prou. matrim.* §. *30.* et *in ſupplem. ad h. l. p.m.153.* Poſterius vero *ill. de* LEYSER ad π. *Specim.* CCCXIII. *med. 1. et 2. Vol. V. p.m. 302.* vbi hunc in modum ſcribit: *Et profecto publice intereſt* GONZALEZI et BERGERI *ſententiam in foro non recipi. Duriſſimum et morte ipſa atrocius ſupplicium foret, cum vxore de adulterio publice ſuſpecta, et maximis indiciis onerata, ſed, quam plene conſummati concubitus conuincere nequit, viuere. Et viuendum tamen fere ſemper eſſet, quum plena probatio vix vnquam haberi poſſit.* Certe eadem cum *ill.* LEYSERO vnusquisque ſtatuet, niſi ex *l. 29. pr. ff. ad leg. Jul. de adult.* adumbrare patientiam praetextu incredibilitatis malit.

§. 10.

Quoad reliqua ad hanc materiam ſpectantia, conferri poteſt. 1) THEODORVS BEZA *de repudiis et diuortiis.* 2) NICOLAI *de repudiis et diuortiis.* 3) ADRIAN. BERGER *de diuortiis, Ien. 1703.* 4) SVENDENDOERFF. *de diuortio. Lipſ. 1674.* 5) VIZELIVS *de repudiis et diuortiis.* 6) LIBORIVS a BODENSTEIN *de iure diuortii ex cauſa adulterii. Frf. 1601.* 7) MVLLER *de frigusculo*, von kaltſinniger Liebe. *Ien. 81.* 8) SIMON, *de odio*, in eius *praeſid. Acad. Tom. II. diſp. 8.* 9) G. A. STRVV. *de iure diuortiorum. Ien. 78.* 10) I. F. KAYSERI *fundamenta, doctrinae de diuortiis, oppoſita diſſert. Witteb.* ſub titulo: *De iure Principis Euangelici circa diuortia. Hal. 1720.* 11) *ill. de* LEYSER *ſpec. ad* π. CCCXIII. XIV. et XV. 12) BRVCKNER *dec. matrim. cap.* XVI. *ſeq.* 13) SIMON, *de Impotentia coniugali*, in eius *praeſ. Acad. Tom. I. diſp. 14.* 14) IOAN a BEVST. *de diuortiis.* 15) IO. HENN. BOEHMER, *de iure*

*Prin-*

eine Theil, ſo unverſöhnlich, mit Gefängniß ſo lange geſtrafft werden, bis ſie einander, wie ſichs gebühret, ehelich beywohnen.

Der

*Principis Euangelici circa diuortia. Hal.* 1715. 16) IO BVXTORFF, *de ſponſalibus et diuortiis.* 17) BARDILI, diſput. *de diuortio quoad torum et menſam.* 18) HENR. BODINVS, *de iure et erroribus circa diuortia. Hal.* 1711. ID. *de diuortio coniugum propter delictum. Ibid.* 1709. *rec.* 1720. 19) HENR. HAHN, *de amicabili diuortio. Helmſt.* 1660. 20) HIERON. *de* CROARIA, *caſus in cauſa diuortii, Col.* 1595. 21) NIC. HEMENGII *libellus de coniugio, repudio et diuortio. Lipſ,* (4) 1506. 22) GEORG. MOHR, *tr. de diuortiis. Auguſtae.* (4) 1598. 23) THOM. PIVS, *de diuortiis Iudaeorum.* 24) BEN. FR. SCHROETER, *de diuortiis, Ienae,* 1716. 25) TOB. IAC. REINHARDT, *de coniuge bona gratia diuertente. Erff.* 1716. 26) IO. SELDEN. Vxor hebraica, ſ. de *nuptiis* et *diuortiis. lib. III. Francof.* 1695. *et Vitteb.* 1712. 27) S. STRYK, *de diuortio propter inſidias ſtructas. Hal.* 1702. 28) HIER. ZANCH. *de diuortio et nouis poſt diuortium nuptiis. Lib. II. Genuae,* (8) 1617. 29) ZECH *de diuortiis.* 30) RVD. HENR. ZIEGLER, *de repudio et diuortiis. Erff.* 1707 31) GOTTL. GERHARD TITIVS, *de Polygamia, inceſtu et diuortio, iure naturae prohibitis. Lipſ.* 1712. *rec.* 1720. 32) GODFR. LVDW. MENCKE, *Sana de iure Principis Euangelici circa diuortia doctrina. Vitt.* 1719. *rec. Hal.* 1730. 33) IO. FLOR. RIVINVS, Progr. *An, ſi femina poſt copulam ſacerdotalem, nouo nupto concubitum pertinaciter deneget, et hic dein adulterium committat, illa actione ad diuortium impetrandum experiri poſſit nec ne? Lipſ.* 1727. 34) CARPZ. *Quaeſt. LXIII.*

§. 11.

Priusquam vero finem huic materiae imponam, caſum admodum curioſum, quem refert MVLLER, *de iure praegnantium, c. II. §.* 13. recenſebo. *Ridiculum eſt*, ſcribit, *quod prope*

*Lipſiam*

# Der vierdte Punct.

## Von der Straffe der Unzucht und des Ehebruchs.

Wo zwo verlobte Perſonen vor dem öffentlichen Zuſammengeben und Trauen ſich miteinander fleiſchlich einlaſſen; So ſoll die Weibes-Perſon, wenn gleich keine Schwängerung daraus folget, mit verdecktem Haupt, und ohne Spiel zur Kirchen gehen, und ſie beyderſeits

Verlobter Vermiſchung

*Lipſiam non ita diu contigit. Ruſticus quidam iuuenculam ſuae conditionis duxerat, quae in primo coitu, ob nimiam τȣ γυναικείȣ in modum erinacei aculeati aſperitatem nouellum maritum ad ſanguinem vſque laeſerat, quod hic indigne ferens, diſſolutionem matrimonii a Conſiſtorio petiit. Illam autem notam*, pergit, *mater ipſi impreſſerat, cum per campum ambulanti inopinato erinaceus afferretur, ad cuius inſolitum adſpectum manum canno admouerat.* Qualem vero ſententiam obtinuerit, MVLLERVS non addit. Statuendum autem videtur, miſero diuortium omnino concedendum, quia cum nouella vxore concumbere, ſicque finis matrimonii haberi non potuit, ad copulam enim nouella vxor, pro materia ſubſtrata, inhabilis fuit, quo impedimento probato matrimonium pro nullo declarandum.

## Ad punctum quartum.

(Ad §. Wo zwo verlobte ꝛc. verb. mit verdecktem Haupt.) Sertum virginale igitur geſtare nequit. De quo hac occaſione pauca adducam. Deſcribunt, quod ſit *ſignum virginitatis externum, caſtitatem indicans, forma rotunda confectum.* v. MEIER *de ſerto virginum, c. I. §. 6.* Varia inter *Dd.* circa hanc coronam virginalem orta ſunt litigia, ex quibus quaedam adducere lubet.

derſeits mit zeitlichem Gefängniß, oder ſonſten nach Gelegenheit willkührlich geſtraffet werden.

Glei-

§. 1.

Quaeritur 1) an femina vim paſſa ſertum virginale geſtare poſſit? adfirmant multi, quia 1) eiusmodi femina nullam meretur poenam aut infamiam, ſed inuiolatae exiſtimationis manet, *v. l. 20. C. ad L. Iul. de adult. l. 7. §. 1. de poſtul.* 2) Quia lupanaria caſtitatem infamant, ſed caſtitas etiam loci abolet infamiam. 3) Quia reuera non poteſt caro corrumpi, niſi mens fuerit antea corrupta. 4) Quia corpus mulieris non vis maculat, ſed voluntas. Quam ſententiam in ſpecie adprobat PFEIL *conſ. CXLVII. p. m. 110.* Communior vero eſt opinio contraria. Etſi enim virginitas ea, quae animi eſt, per violentiam non aufertur; Quae tamen corporis eſt, conſiſtens in integritate pudoris, et corporis corrupti, perimitur per violentam compreſſionem. Eiusque cauſa mitra, tanquam ruptae virginitatis ſignum, non vt poena, imponi ſolet. Nam et honeſtae feminae, quae pudorem retinent, eadem vtuntur. Et ſic pronunciatum refert CARPZ. *Quaeſt. 75. n. 83. ſeq.* Conſentit SCHOEPFFER *in Synop. iur. priu. tit. ad L. Iul. de adult. n. 87.* MEVIVS *ad Ius Lubec. P. IV. tit. VII. art. I. n. 19.* KORNMANN. *de virginit. iur. cap. XI. conf. c. ſi* PAVLVS, *11. XXXII. qu. 5.*

§. 2.

Quaeritur 2) an ſponſa poſt copulam ſacerdotalem, ſi ſponſus ante thalami ingreſſum moriatur, ſerti geſtationis poteſtatem habeat? Aiunt varii, *v.* MOLLER. *lib. III. Semeſtr. 23. n 5. p. m. 323.* Neuenhan, *de iure viduit. membr. I. Sect. 8. Lit. E.* quia adhuc virgo eſt, et corona dicitur ſignum corporis virginis. Et ſic pronunciarunt *Dni. Scab. Lipſ.* penes CARPZ. *P. III. Conſt. XIX. def. 11.* Alii vero negatiuam amplectuntur, quia 1) ſponſa in matrimonium praeſens conſen-

Gleichergeſtalt ſollen auch die, ſo ſich fleiſchlich vermiſchen, ihre Unzucht aber erſt nach gehaltenen Kirch-Gang Wenns nach dem Kirch-Gang kund wird.

consenſit, ſponſoque poteſtatem in corpus ſuum dedit, 2) conſenſus, non concubitus efficit matrimonium, *v. l. 30. de R. I.* concubitus enim ſaltim ad conſummationem pertinet. 3) Quia a ſacerdote in conſpectu eccleſiae aut fidelium declarati ſunt coniuges, et deſuper benedictiones et preces inſtitutae, *v.* CARPZ. *lib. II. def. 130.* 4) Ita copulata conditionem et dignitatem ſponſi ſequitur, *a. l. 12. de Senat. L. 13. C. de dignit.* v. ECKH. *ad tit. ff. de ſponſal. §. 2. prope fin.* Hanc opinionem in ſententionando ſecuta eſt *F. I. L. Menſ. Octobr. 1692.* Integrum praeiudicium exhibet MEIER, *cit. diſſert. c. II. §. 7. p. 19.*

§. 3.

Quaeritur 3) quid ſentiendum de virgine ſpuria, an haec ſertum virginale geſtare poſſit? Volunt quidam hoc negare, quia fatentibus omnibus ſpurii leuis notae macula laborarent, ſicque reliquarum honeſtarum perſonarum priuilegio et praerogatiuis indigni eſſent; Sed placet merito adfirmatiua ſententia: Quia turpitudo et infamia proficiſcitur ex propriis actionibus, *v. l. 5. §. 1. ff. de variis et extraord. cogn.* Porro ex fornicatione naſci, non eſt eius culpa, qui naſcitur, ſed illius qui generat, *c. naſci 4. diſt. 56. i. can. 3. eod.* vbi CHRYSOSTOMVS eleganter ait: Ex meretrice natum, ſi propria virtute decoretur, parentum ſuorum opprobriis non dedecorari. *v.* HARPR. *ad §. 1. Inſtit. de inoff. teſtam. n. 24. ſeq. p. m. 1091.* ex quibus ſine dubio inferendum, ſpuriam coronam virginalem geſtare poſſe. Plura huc pertinentia *vide* apud MEIERVM *cit. diſſert. Erffurti 1693.* hab. *conf.* NAEVE *iure coniugum, cap. III. §. 68. p. m. 161.*

Gang kundbar wird, mit willkührlichen Gefängniß geſtraffet werden.



(Ad §. Gleichergeſtalt ꝛc. verb. mit willkührlichem Gefängniß geſtraffet werden.) Praematurus enim concubitus merito inter crimina refertur: Quia peccatur in legem eccleſiae et honeſtatem, cum ſcandalo quodam publico. Poenam vero hanc determinat regulariter magiſtratus Politicus, quod, praeter hunc textum, in ſpecie cautum in *Ordin. Politica d. A. 1612.* rubr. *Conſiſtorial*-Sachen. *n. 4. verſu:* Ob auch ſchon ꝛc. verbis: So ſoll doch allezeit in dem Urthel und Verträgen der weltlichen Obrigkeit ꝛc. die verwürckte Straffe wegen geübter Unzucht vorbehalten werden. *Conf.* CARPZ. *Lib. III. def. LXXVII. n. 7. ſeq.* ibique *Reſcript. Elector. in f.*

*Nota 1)* Quia per ſponſalia publica verum matrimonium inchoatum iam eſt, et ea propter de eiusmodi deſponſatis ſuo modo dicitur: *Quos DEVS coniunxit, homo ne ſeparet;* Ideo, ob hoc vinculum indiſſolubile ſponſaliorum, quod efficit, vt ea pro nuptiis habeantur, ſicque ob fauorem matrimonii ſubſequentis, propter talem concubitum anticipatum ſaltem *trium* vel *quatuor* dierum carcer dictari ſolet, teſtantibus Reſcriptis apud CARPZ. *lib. III. def. LXVI. in f.*

*Nota 2)* Diſceptare *Dd.* inter ſe, vtrum ob praematurum concubitum publica deprecatio deſponſatis iniungi poſſit? Adfirmatiuam tuetur BALTHAS. MENZERVS, in peculiari diſſertatione: *Num ſponſis ante ſolennem in Eccleſiis copulationem et benedictionem concumbentibus publica poenitentia iuſte imponatur? Gieſſae 1624. hab.* Rationes vero haud contemnandas pro negatiua etiam adducit, cui plerique calculum addunt, quos inter eſt quoque BODINVS diſſert. *de anticipato concubitu, th. XVII. Hal. 1701.* Sane in Electoratu haec poena exulat, per *notam praecedentem.*

Würde auch iemand eines andern Braut, ehe denn der Bräutigam beygelegen, wiſſentlich beſchlaffen; So ſollen beyde Perſonen zur Staupen geſchlagen, und des

Wer des andern Braut beſchläfft.

*Nota 3*) Liberis ex praematuro concubitu natis, ſubſecuto matrimonio, obiici nil poſſe, ſed pro legitimis haberi, et teſtimonium natalitium (ein Geburths-Brief) daß ſie von ehrlichen frommen Eltern, und aus einem rechten, ehelichen, unbefleckten, ungetadeltem Ehe-Bette herkommen, ipſis dari poteſt ac ſolet, *v.* HARTM. PISTOR. *Lib. II. qu. 41. n. 15. et 23.* GAIL. *lib. II. O. 141. n. 2.* CARPZ. *Part. II. c. 6. def. 15. n. 1. et 2.*

*Nota 4*) Sponſum, quod ſponſam impraegnaſſet, eaque paucis poſt nuptias menſibus peperiſſet, a collegio opificum excludendum non eſſe. *v.* MEVIUS *P. III. dec. 49.* CARPZ. *Lib. VI. Reſp. 99.* Quamuis enim non improbandum ſit opificum, pro conſeruandis bonis moribus, ſtudium, dum in collegiis prae ſe ferre, et glorioſe ſatis vſurpare ſolent hanc vocem: Ihr Handwerck müſſe ſo rein als ein Auge ſeyn; Oder als wenn es von Tauben geleſen wäre; Porrigenda tamen non eſt facultas collegiorum ad iniuſta. *v. l. f. C. de iurisd.* ibique BALD. ne iniuriarum inde occaſio ſit, vnde iura proficiſci debent. *v. l. 6. pr. C. vnde vi.* Nimis grauis enim et iniqua foret poena, ſi quis ideo ab opificio excluderetur, quod infamiae ſpecies quaedam eſſet; Et a facultate quaerendi alimenta remotio non minus grauis eſt, quam ſi homo enecetur. *a. l. 4. ff. de agnosc. et alend. lib.* MEVIUS *d. P. III. dec. 39. n. 5. ſeqq.* Conf. BEYER *de collegiis opificum, cap. V.* §. *XXXII. n. 392. ſeq. p. m. 150.*

(Ad §. Würde auch ꝛc. et verba: Beyde Perſonen zur Staupen geſchlagen.) Recte tam de ſponſo quam ſponſa hoc loco eadem poena diſponitur, nam *deſponſatorum quaſi adulterium*, quod (*ſponſalibus publicis celebratis*) perpetratum cenſetur, et in fidei coniugalis fractione ſubſiſtit omnino coercendum: Ita

 enim

des Landes ewig verwieſen werden; Es wolte denn der Bräutigam die Braut wiederum annehmen, auf ſol-
chem

enim ligati ſunt deſponſatorum animi, vt neutri a fide data recedere liceat, ſed matrimonium per conſenſum et copulam ſacerdotalem perficere tenetur. Libera namque ſunt matrimonia antequam contrahuntur, at poſtquam contracta, libertas tranſit in neceſſitatem obſeruandi, exemplo aliorum contractuum. *v. l. 17. §. 3. ff. commodat.* Et hanc libertatem auferunt ſponſalia, quae indiſſolubilia regulariter ſunt et pro matrimonio inchoato habentur. *v. l. 30. de R. I.* Ex quibus omnibus infertur, a deſponſata perſona, corporis ſui copiam alteteri praebente, adulterium commiſſum dici. Id quod etiam innuit ſacer codex, *v.* HOS. *IV. 13.* ibi: *et ſponſae veſtrae adulterae erunt. conf. l. 13. §. 3. ff. ad L. Iul. de adult.* BERL. *P. IV. concl. XXVII. n. 140. ſeq.* HEIGIUS *lib. II. qu. 28. n. 16.* CARRZ. *Lib. II. def. 184. n. 4. et 5.* ZIGLER *ad* LANC. I. I. C. *Lib. IV. tit. 8. §. 1. verb. in nuptam committitur, p. m. 984.* propter fidem *ſcil.* fractam et vinculum deſponſatorum ruptum, quia ſpes matrimonialis radicata, altero inuito auferri nequit. *a l. 42. ff. de O. et A.* Imo vox ſponſae ſub nupta haud raro comprehenditur. *v. l. 6. §. 1. ad L. Iul. de adult.* hinc haud incogrue dicitur, *ſponſam eſſe nuptam*, non ſolum quod illa vinculo aliquo iam iam ſit ligata, ſed etiam quod ſpem ad matrimonii conſecutionem adepta ſit. *v.* CARPZ. *P. II. quaeſt. 56. n. 12. conf.* pluribus FRIDER. PHILIPP. diſſert. *de adulterio deſponſatorum. Lipſ. 1692.* Ratione poenae interim diſtincte procedendum: 1) *ſcil.* Si ſponſus cum ſoluta committat adulterium, ſponſus fuſtigatur, femina vero ad tempus relegatur. Eiusmodi femina biennali relegatione punita eſt *a F. I. L. Menſ. Mart. 1701.* referente MENCK. *in Theor. et Prax. Pand. p. m. 1539.* 2) Si ſponſa cum ſoluto concumbat, vtrique dictanda fuſtigatio, quae poena 3) eo etiam obtinet caſu,
quando

chem Fall ſollen ſie mit Gefängniß geſtrafft, und der Brautſchänder nichts minders mit Staupenſchlägen des Landes ewig verwieſen werden.

Da einer eines andern Weib beſchläfft, er ſey gleich ein Ehemann oder ein lediger Geſelle; So ſollen ſie beyde mit dem Schwerdt, vom Leben zum Todte geſtrafft werden, und mit dieſer Straffe ſoll auch ein Ehemann, welcher in ſtehender Ehe eine ledige Weibes-Perſon beſchläfft, beleget, die ledige Dirne aber auf ſolchen Fall, mit Staupenſchlagen des Landes verwieſen werden. Ehebruch.

Jedoch

quando quis cum ſponſa rem habet, quam ſponſus non expectata copula eccleſiaſtica, cognouit: quia non concubitus, ſed nuptiarum conſummatio, attenditur. *v.* BERGER. *El. Proc. Crim. membr. IV. n. 6. p. m. 133.*

§. 1.

(Ad §. Da einer ꝛc. verb. verwieſen werden.) Adulterium de iure ciuili non *niſi in nuptam* committitur, hinc hoc iure deſcribitur, *quod ſit concubitus cum aliena vxore. v. l. 6. §. 1.* et *l. 34. §. 1. ad L. Iuliam de adult. coerc.* In ſignificatu generali autem et moderno, *eſt fidei ſeu thori coniugalis violatio. v. l. 101. ff. de V. S. c. 4. XXXII. qu. 4. O. C. a. 120. §. item. 1.* CORINTH. *VII. 4. P. IV. C. El. 19.* ex qua deſcriptione ſequitur, hodie vxorem etiam maritum de adulterio accuſare poſſe, quod iure Romano fieri nequit. *v. l. 1. C. ad L. Iul. de adult. et ſtupr.* (IX. 9.)

§. 2.

Adulterium eſt crimen atrociſſimum, et, vti communiter putant, praeter laeſae Maieſtatis omnium maximum. *v.* BALD. *conſ. 245.* ſceleratiusque aliquando fratricidio eſſe reputatur, *v.* NIC. BOER. *dec. 297. n. 19.* et in omnibus peccatis,

Jedoch im Fall, wenn ein Ehemann eine ledige Dirne beſchläfft, oder ein Eheweib ſich mit einem ledigen Geſellen fleiſchlich einlieſſe, und es würde der unſchuldige Ehegatte vor das verbrechende Theil bitten, und ſich erbieten, demſelben, ungeacht gebrochener Treu und Glaubens, länger ehelich beyzuwohnen; So ſoll alsdenn dem Eheſtande zu Ehren, es käme denn in auf- oder abſteigender Linie eine Blutſchande darzu, der ſchuldige Theil mit der Lebens-Straffe verſchonet, und des Landes ewig verwieſen werden, auch der unſchuldige Theil ſeinem Ehegatten aus dem Lande folgen, darinnen ferner nicht wohnen, noch ſich weſentlich aufhalten.

Vorbitte des Unſchuldigen

Darüber

catis, adulterio nullum eſſe grauius, creditur, *v. c. 16. XXXII. qu. 7.* et late DAMH. *in praxi crim. cap. 89. n. 1. ſeq.* In tantum vero eſt deteſtabile et abominandum, vt etiam illud bruta quaedam animalia abhorreant et fugiant, quemadmodum de *ciconiis*, *porphyrionibus*, *cornicibus*, *lyncibus*, *echneidibus*, et aliis copioſe refert DAMH. *d. cap. 89. n. 98. conf.* MENOCH. *arbitr. Iud. quaeſt. cent. 5. c. 419. n. 6. ſeq.*

(Ad eund. §. in fin. noch ſich weſentlich aufhalten.) Idem ſancitur in *P. IV. C. El. 19.* et *dec. El. 82.* Non vero ab omni prorſus poena immunis eſſe debet adulter, cum reipublicae intersit, ne delicta maneant impunita. *v. l. 51. ad L. Aquil.* mitior tamen et talis infligenda poena, quae neque facultatem coniugem recipiendi, adimit, neque nimiam matrimonio iniuriam infert: Hinc ob factam interceſſionem, antequam ſententia lata, pronunciari ſolet: Er wird aber gleichwohl des Landes ewig verwieſen, daraus ihm ſein Eheweib mit weſentlicher Wohnung zu folgen. *v.* CARPZ. *qu. 55. p. 22.* Adulter igitur in perpetuum relegatur, ne fouere nequitiam videatur, qui illi conniuet, et vt ſcandalum euitetur; Vxor vero

ideo

Darüber wir uns denn hiermit erklären, daß wir dem Ehebrecher oder Ehebrecherin, welchem das unſchuldige Theil folgen will, die ewige Landes-Verweiſung hinführo nicht leichtlich in Geld-Straffe verwandeln, ſondern, vielmehr nach Beſchaffenheit wider ſie neben der ewigen Landes-Verweiſung, zeitliche Gefängniß, oder andere willkührliche Straffe anordnen laſſen wollen. Landes-Verweiſung nicht leichtlich in Geld zu verwandeln.

Es ſoll aber der ledige Mann, ſo, wie obſtehet, ſich mit einer Ehefrauen vermiſcht, ungeacht, daß die Ehe-Perſonen einander remittirt und erlaſſen, nichts deſto-weniger vom Leben zum Todte mit dem Schwerdt geſtrafft, desgleichen die ledige Perſon, ſo mit einem Ehemann Unzucht getrieben, in ſolchen Fall auch des Landes mit Staupenſchlagen ewig verwieſen werden. Wenn Remiſſion geſchiehet.

Wären aber die Perſonen, ſo mit einander Ehebruch getrieben, beyderſeits ehelich; So ſoll keine Erlaſſung der Doppelter Ehebruch.

ideo maritum ſequi tenetur, ne alias, ſi tanquam pars innocens, in terris Electoratus commorare velit, matrimonium per relegationem perpetuam diſſolueretur, in cuius tamen honorem relegatio poenae mortis ordinariae ſubſtituitur. Caeterum vxor intercedens curatore opus non habet, quia per *Dec. El. 82. cit.* certioranda et admonenda eſt, ſi pro adultero intercedere velit, vt itaque indefenſa non videatur, quem in modum pronunciauit. *F. I. L. Menſe Nou. 1699.* v. MENCKE *c. l. p. m. 1543.* *conf.* pluribus *Programma meum.* Quatenus vxor maritum relegatum ſequi teneatur? *Claſſ. III. 24. p. 41. ſeq.*

der Eheleute ſtatt haben, ſondern ſie beyde, wie oben gemelt, mit dem Schwerd gerichtet werden.

Da

§. 1.

(Ad §. Wären aber rc. verb. gerichtet werden.) Adulterium eſt *vel* SIMPLEX, ein einfacher Ehebruch, quo coniux cum ſoluto ſolutaue rem illicitam habet; de hoc *in praeced.* §. Da einer eines andern Weib beſchläfft, egit Legislator; *vel* DVPLEX, quo coniux cum alterius coniuge concumbit, die Ober-Hurerey, ſiue Uber-Hurerey, quaſi ſupremum adulterium, vel plus quam ſimplex, *v.* BERGER, *El. Iuriſpr. crim. p. m. 130.* Et de hoc eſt praeſens §. cum quo concordat §. *IV. C. El. 19.* §. Wañ aber ein Ehemann rc. et §. Wollen auch.

§. 2.

Iure diuino in adulterio poenam capitalem ſtatui, dubitandum non eſt; Ratione modi autem diſſenſum deprehendimus. Haud pauci in poena *lapidationis* acquieſcunt, prouocantes *ad Leuit. XX. 10.* IOAN. *VIII. v. 5.* *v.* BERL. *P. IV. concl. XXVII n. 7.* Quia vero aliis in locis, *v. g.* LEVIT. *XIIX. 20.* DEVT. *XXII. 22.* II SAM. *XI. 4.* IEREM. *V. 8.* HESEKIEL. *XXII. 11.* in adulterio quidem poena capitalis dictatur, mortis genus tamen a *Summo Legislatore* non exprimitur, ſtrangulationem intelligi ex *Talmudicis* adnotauit SELDEN. *de vxore Hebraica, lib. III. c. XI.* Modum deſcripſit FAGIVS *ad h. l.* adulteram *nimirum*, praefocatione ſublatam *h. e.* mappa vtrinque collo iniecta praecluſam, teſtibus *ſcil.* tam diu hinc et hinc eam diſtrahentibus, donec moreretur. Haec poena obtinebat ſi nullum dubium ſupereſſet de adulterio.

§. 3.

Si vero nondum certo conſtaret de adulterio commiſſo, ſed grauis ſaltim adeſſet ſuſpicio, tunc ſuſpecta adultera examen potus amari ſubire tenebatur, de quo *Num. V. v. 12. ſeqq.* teſtantur ſacrae literae. Non puto ingratum fore hoc

loco

Da auch iemand, ſo nicht ehelich iſt, eine Weibs-Perſon, Nothzögung.

loco ritum iſtum perhibere. Sic autem MVNSTERVS *ad h. l.* eum depingit: *Scribunt*, inquit, *hunc ritum olim Hieroſolymis in Zelotypia obſeruatum: Quando de aliqua ſuſpicio oriebatur, maritus primo eam monuit, vt a conſortio huius vel illius viri abſtineret, quod ſi illa non feciſſet, ſed per tantillum temporis cum alieno viro in latibulo fuiſſet, donec ouum commode aſſari et comedi potuiſſet, iuſta iam contra mulierem illam naſcebatur ſuſpicio, et maritus tenebatur abſtinere ab ea, donec purgaretur. Vnde primum accedebat ad iudices ciuitatis ſuae et proponebat illis cauſam. Illi vero mittebant eum cum teſtibus Hieroſolymam ad ad ſummum conſiſtorium, in quo* LXX. *ſedebant ſenes, qui alio nomine* Sanhedrin *vocabantur. Hi primum nitebantur terrere mulierem, ne aquam maledictionis biberet et ſe mortis periculo exponeret, ſed libere confiteretur crimen: meminiſſet multos ante ſe grauiter peccaſſe et quos malus genius decepiſſet. Et ſi perſuaſa confiteretur peccatum, non bibebat aquam, ſed egrediebatur absque literis et ſibi ipſi viuebat. Sin perſeuerare absque confeſſione, ducebant eam ad portam templi orientalem, et deinde circumducebant eam, quo vſque fatigata confiteretur peccatum. Induebant eam lugubri veſte et tollebant ab ea omnem ornatum: denudabant caput, et ſic confuſam, ponebant inter multas mulieres, adiuransque ſacerdos dicebat*: Si diceſſiſti a viro tuo det te Dominus in maledictum et exſecrationem et aquae illae amarae faciant intumeſcere uterum tuum. *Qua dicente* Amen, *ſcribebat ſacerdos nomen mulieris et verba abiurationis in ſchedam; Et tollens nouam ollam, miſit in eam ex labro ſanctificatam aquam; tollensque de puluere pauimenti mittebat in aquam, ponens ſimul res alias amaras in eam, vt eſt abſintheum et huiusmodi et deinde radens ſchedam ſcriptam, vel, vt textus habet*, delens ſcripturam per aquam *porrigebat aquam illam amaram et maledictam illi bibendam. Et ſi innocens fuit aqua nihil nocebat, ſed*

Perſon, die ſey ledig oder ehelich, eine Jungfrau oder Wittbe,

*magis proderat: quia ex infirma validam efficiebat, a marito cognita maſculum concipiebat, et ſi prius difficulter pariebat iam facilem aſſequebatur partum. Sin polluta fuit, mox, vt ebibit aquam, facies eius expalleſcebat, oculi proruebant, venter intumeſcebat, et femur concidebat: atque eadem hora qua ipſa moriebatur, adulter quoque ſimili caſu interibat.* Haec MVNSTERVS. Eandem Zelotypiae legem docte explicat SELDEN *in vxore Hebraica, lib. III. cap. 13. p. 284.* Infeliciter vero ſingularem hanc conſtitutionem imitata eſt ſuperſtitio aeui medii, quo adhibitis probationibus, vt adpellant vulgaribus, vi exorciſmi cuiusdam miracula prouocabant. *v.* BALVZ. *Capit. Tom. III. p. m. 693.* Cui volupe eſt *de vulgari purgatione* legere plura, euoluere poteſt NETTELBLAT, *de perantiquis veterum tam Suecorum quam Germanorum per Ordalia purgationibus. Groening. 1724.* STRVV. von Waſſer-Probe derer Hexen. *Ien. 1714.* NERGER. *de purgatione canonica. Vitt. 1666.* GERHARD, *de iudicio duellico.* Vom Kampff- und Kolben-Gerichten, *Frf. et Lipſ. 1732.* SPECKH. *Cent. III. Cl. 4. qu. 9.* HEIG. *P. II. qu. 39.* CHRISTOPH. BEYER, *Tr. de origine et natura praeiudiciorum in iureiurando. c. 11. §. 23. ſeqq. Lipſ. 1720.*

§. 4.

Iure humano adulterii poena admodum varia. Non eſt huius loci latius excurrere, cum ex inſtituto ab aliis haec materia ſatis ſit tractata. *v.* BERLICH. *P. IV. Concl. 27.* et quos copioſe citat. CARPZ. *qu. 51. 52. 53.* CHRISTIAN. GODOFR. HOFFMANN, diſſert. *de diſſenſu iurium in puniendo adulterii crimine. Frf. 1727.* KRESS. *ad C. Cr. art. CXX. p. m. 354. ſeqq.* De poena adulterii in terris Electoratus Saxonici ſpecialiter recepta et vſitata, longa ſerie tractat CARPZ. *qu. 54.* Hoc ſaltim adnotaſſe adhuc ſufficiat: IVS SAXONICVM omnium fere ſeueriſſime, confitentibus communiter Interpre-

terpretibus, in adulterium animaduertit. Adulteras olim Saxonibus adhuc paganis, flagellis ad necem vsque caeſas fuiſſe refert ROLEVINCK. *Lib. I. c. VII. antiqu. Saxon.* Land-R. *lib. II. art. XIII.* der in Ehebruch begriffen wird, ſoll man das Haupt abſchlagen. Quem textum aliqui de adulteris viris tantum intelligere voluerunt, *v.* AVTOR *conſult. Saxon. p. 4. qu. 2. n. 14.* hinc *gloſſa* ad *cit. loc.* dicit: Das ſind die, welche ſich zu ehelichen Frauen legen, und ſelbſt eheliche Weiber haben. *v.* GAERTNER, *d. l. p. m. 197. inf.* COLER. *P. I. Dec. 176. n. 3. p. m. 529.* hinc mulierem vxoratam ſcortantem cum alio, ſiue is maritus ſit, ſiue non ſit, virgis caedendum eſſe perhibent. *v.* RICHTER, *dec. 88. n. 88.* Verum ius *Saxonicum Electorale* ipſam quoque adulteram gladio puniri iuſſit, *ex Ordin. Prou.* D. MAVRITII *d. A. 1543.* ſub titulo: Von Straffe des Ehebruchs, quam ſanctionem confirmauit AVGVSTVS *P. IV. C. 19. in pr.* et IOAN. GEORG. *in Ord. matr. h. l.* conſentit Ducis ERNESTI, Fürſtl. Sächſ. Lands-Ordnung, *P. II. C. 4. tit. 10.* Viduae igitur, quae viuente marito cum CVII. maribus rem habuerat, *Scabini Lipſ.* poenam gladii dictarunt, referente CARPZ. *qu. LXII. n. 69.* Qui rigor tamen *Iüterboci* non obſeruatur: In hac enim ciuitate, vi obſeruantiae, legibus ſpecialibus confirmatae, in adulterio deprehenſi ſaltim pecuniaria poena adficiuntur, ſecundum quam obſeruantiam in collegiis Vittebergenſibus pronunciatum, refert BERGER in *El. Proc. Crim. membr. IV.* §. *nec vero p. m. 130.*

## §. 5.

Ius Alamannicum in adulterio duplicato poenam capitalem etiam definit; Sic enim in illo legimus: Und iſt das ain Man pey ains mannes Eweyb geligt, derſelb oberhurer vnd devv vber-Hurärinn drvv ſind paidevv ſambt des todes ſchuldig, ob ſy für das weltlich geriche komient, ſo ſol man in das Haubt abſlahen. *v.* IOAN. AVG. *Nob. de* BERGER, *Collatio codicis iuris Alamannici tam Prouincialis, quam Feudalis, eiusque antiquiſſimi,*

Wittbe? oder auch ein gemein Weib, wieder ihren Willen

*quiſſimi*, *d. a. 1434. p. m. 228.* et in editione *Meichsneriana, c. 148. §. 27.* recenſente *eod.* BERG. *c. l.* perhibetur: Ob ein Mann bey eines Mannes Weib liegt, der Ehebrecher und die Ehebrecherin ſind beyde ſamt des Todts ſchuldig. Ob ſie für das weltlich Gericht kommet, ſo ſoll man ihn das Haupt abſchlagen. Mitius vero eſt ius Alamannicum circa feminas cauponarias, intuitu quarum poena capitalis, etiam in adulterio duplicato remittitur, per *cap. 376.* vbi ſic diſponitur: Hat ein Leytgeb vail eſſen und trinkchen, vnd hat er ain hausfravvn vnd ain diren, devv ſein ehalt (*i. e. ancilla*) iſt, (und helffen ihm ſein Dinc beſehen, (Meichsner) die müſſent mit den låvvten mehr cze ſchaffen haben dann añder fravven, davon iſt das geſezt, vnd werdent ſy getzigen vberhur, oder werdent ſy daran begriffen, ſo ſoll man vber ſevv nicht richten als vber annder fravven, man ſol ſevv auch nicht offentlichen růgen, ſy ſullent auch nicht offentlichen pűſſen, ihr pfårrår ſol in haimlichevv puß geben. *v. de* BERGER *c. l. p. m. 374.*

(Ad §. Da auch iemand. verb. ein gemein Weib.) *Conf.* Kirchen-Ordnung. C. I. S. E. *p. 210.* §. Da auch. *P. IV. C. El. XXIIX.* Dicitur hoc delictum in ſpecie *Fornicatio ſ. ſcortatio*, quae deſcribitur, quod ſit *coitus cum ſoluta femina vulgari palam et paſſim ſe proſtituente v. l. 43. pr. §. 1. et 2. de R. N.* ſiue ea quaeſtum ex ſcortatione faciat ſiue non. *d. l. 43. §. 3.* Exempla recenſui in *Programmate*: De inquiſitione non infamante, §. 7. *Claſſe II. Progr. XVI. p. 41. ſeq.* Iure diuino tanquam mortale peccatum improbatur. *I. Corinth. VI. 9. 18.* Iure ciuili infamia notatur in perſonis liberis. *c. l. 43. pr. §. 3. et 4. i. l. 24. de his qui not. inf.* Iure Sax. El. in ſcortatore *carcere*, vel grauius, vt relegatione, *in meretrice*, palam ſe proſtituente, relegatione temporali, perpetua, et pro ſcandali grauitate fuſtigatione. *d. C. 28. P. IV.*

Ibidem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-137057-p0104-1

Willen mit Gewalt ſeines Willens zu pflegen zwingen, und alſo eine gewaltſame Noth-Zucht begehen würden; So ſoll er mit dem Schwerd vom Leben zum Todte geſtrafft werden.

(Ibidem, ad verba: zum Tode geſtraffet werden.) Ius Saxonicum *h. l.* et etiam *P. IV. Concl. XXX.* ei qui ſcortum publicum per vim comprimit, poenam capitalem dictitat: Quia in hocce crimine potiſſimum coactio, et compreſſio violenta punienda, *v. l. 5. §. 2. ad L. Iul. de vi publ.* mulieri vero vulgari non minus ac honeſtiſſimae virgini vim inferri, extra dubium eſt. Poenam gladii igitur eiusmodi ſtupratori adiudicarunt *Scabini Lipſ.* apud CARPZ. *c. l. def. 3.* Ex profeſſo vero et diſtincte de poena ſcortationis ſ. fornicationis agit IDEM *Quaeſt. LXX.*

§. 2.

Stuprum cuius h. l. in ſpecie fit mentio, eſt *vel* Violentum *vel* Voluntarium. Violentum, die Noth-Zucht dicitur, quando femina ſoluta honeſtaque vi comprimitur, *v. §. Inſt. de publ. iudic. l. 29. C. ad L. Iul. de adult.* Ordinatio criminalis *art. 119.* ſub nomine der Noth-Zucht comprehendit etiam *adulterium violentum.* Diuiditur in *attentatum* et *conſummatum.* Illud arbitrarie, plerumque fuſtigatione punitur, *v. Praeiud.* apud BERGER, *ad El. Proc. Crim. P. II. Supplem. obſeruat 161. p. m. 427.* et CARPZ. *P. IV. C. 30. def. 4.* Hoc vero vltimo ſupplicio, tanquam vis publica. *a. l. f. §. 1. de remilit.* De quaeſtione: *An ſtupratorem violentum illaeſa conſcientia occidere liceat?* v. IOACH. HENR. SIEBRAND. *pecul. diſſert. Roſtoch. 1700. hab.* vbi 1) multos doctores, quaeſtionem adfirmantes, 2) leges pro horum opinione, 3) argumenta legum, et 4) exempla adducit; Ipſe autem, cum iis quos citat, negatiuae accedit. Prouocant autem communiter *ad l. 1. §. 4. ad leg. com. de ſicar.* Quod tamen ex hac lege defendi nequit: Loquitur enim hic §. de caſu: *Si vir ſtuprum patiatur*; Remoto autem

iure

Jungfrau-Schänder.

werden. Und da iemand auch eine Jungfrau ſchändete, und dieſelbe wäre unter zwölff Jahren; So ſoll er

iure ciuili, de quo hic agitur, haec ſententia plane iniqua, quia inter vitam hominis et virginitatem plane nulla eſt comparatio. Caeterum ſtuprum violentum priſcis Germanis adeo exoſum erat, vt non modo *capite*, et iuxta ius Alamannicum, ſi virgo ſtuprum paſſa fuerit, *viui defoſſione* lueretur, ſed et aedes, in quibus perpetratum erat, diruerentur, nec rudera quibuscunque vſibus adplicare licuerit. *v.* Land-R. *Lib. I. a 37. Lib. II. a. 13. Lib. III. a. I.* Weich-B. *art. 38.* Schwäb. L. R. *c. 115. n. 10.*

(Ibidem, ad verba: Unter zwölff Jahren.) Conf. *P. IV. C 31.* et Kirchen-Ordnung *Rubr.* von der Straffe der Unzucht, §. Da auch iemand. C. I. S. E. *p. 210.* Eiusmodi enim puella per aetatem conſentire nequit, *v. l. 1. §. vlt. de extraord. cognit.* CARPZ. *qu. 75. n. 39.* Poenam gladii igitur dictarunt *ICti Vitteberg. ludimoderatori* pagi cuiusdam Academici, Schulmeiſter, qui puellas, easque infantia conſtitutas, a ſe ſtupratas eſſe, confitebatur, *teſte de* BERGER *in El. Proc. Crim. membr. IV. §. 3. n. 2. p. m. 141.* Vbi ſimul adducit aliam eſſe rationem ſtupri, cum puella impubere, quae infantiae annos exceſſit, commiſſi, vtpote quod, ſiquidem *vi* fiat, itidem gladio punitur, ſin ea conſentiente, fuſtigatione. CARPZ. *qu. 69. n. 37. ſeq.* et *qu. 75. n. 27. ſeq.* ita tamen vt aetatis ratio in maſculo habenda videatur; Hinc duobus adoleſcentibus, *ſedecim annorum* ob ſtuprum, cum puella *nouem annos* nata, binis vicibus commiſſum IIDEM ICTI caſtigationem quae fit virgis dictarunt, atque eandem poenam ad puellam quoque produxerunt, ob enormem morum malitiam quae praeter iterationem delicti inde arguebatur, quod iam *ſexto aetatis anno* remedium exercendae veneris adhibuiſſet. *Conf.* IDEM; *P. II. Supplem. ad El. Prou. Crim. obſ. 156. p m. 422.*

De

er mit Staupenſchlagen des Landes ewig verwieſen werden. Alſo auch, da eine ledige Mannes-Perſon, ein Wahnwiziges oder Sinnloſes Weibsbild beſchlaffen würde; So ſoll der Verbrecher nicht allein der Beſchlaffenen nach billiger Ermäßigung einen Unterhalt machen, ſondern auch mit Staupenſchlagen verwieſen werden. Sinnloſes Weibsbild.

Da auch eine ledige Manns-Perſon eine unberüchtigte Jungfrau oder Wittbe beſchläfft, und ſie nicht zur Ehe nehmen will, der ſoll ſie nicht alleine ihrem Stande und Herkommen nach dotiren und ausſtatten, auch die von ihm erfolgte Leibes-Frucht mit Unterhalt verſorgen, ſondern auch darüber nach erlittener Gefängniß deſſelben Orts Gerichte verwieſen, ſie aber mit zeitlicher Gefängniß geſtrafft werden. Stuprator.

Die

De *iure Alamannico conf. cap. 348.* von Notzögen, apud *Nob. a* BERGER in collatione *iuris Alamannici etc. p. m. 337. it. p. 201. n. 10.* et *p. 296. cap. 349.*

(Ibidem, ad verba: Wahnwitziges oder Sinnloſes Weibsbild beſchläfft.) Idem ſtatuitur *P. IV. c. 26.* Fuſtigatur autem eiusmodi ſtuprator, quia mente capta, *ſeu* phrenetica, conſentire non potuit, eadem enim in hac, quae in furioſa eſt ratio. Alimenta vero ideo praeſtare cogitur, quia alias ſtuprator *dotare* ſtupratam tenetur. Hoc autem caſu alimenta in locum dotationis ſuccedunt. *v.* pluribus BERLICH *P. IV. concl. 37. conf.* CHRIST. GODOFR. SCHMID, diſp. inaug. *de ſtupro in mente captam commiſſo. Lipſ. 1727.* Eiusdem diſputatio altera, de eodem argumento. *ibid. 1734.*

§. 1.

(Ad §. Da auch verb. geſtrafft werden.) Conf. Kirchen-Ordnung, C. I. S. E. *p. 210.* §. Würde denn ꝛc. et *Conſ. El. 27. P. IV.*

N Dici-

Gemeine Weiber.

Die gemeinen Weiber ſollen in Städten, Dörffern und

Dicitur hoc *ſtuprum voluntarium*, quod cum volente parumue reluctante virgine *vel* vidua, honeſte alias viuente, committitur. *v.* §. 4. *I. de publ. iudic.* Pertinet igitur huc illud OVIDII: *Vim licet adpellet, grata eſt vis iſta puellis.* Hoc coercetur iure *diuino forenſi*, dum ſtuprator *dotare* et *ducere* ſtupratam iubetur. *v.* EXOD. XXII. 16. et DEVT. XXII. 29. *conf. omn.* de LVDEWIG diſſert. *De differentiis iuris Romani* et *Germanici in ſtupro, ſub ſpe matrimonii. Hal.* 1730. in ſpecie *th. 1. n. 8. Apage*, inquit, OPTIONEM, *efficłam a iuris peritis fruſtra petulanterque*; Et in Adpendice I. *p. 27.* vbi problema resoluit: *Num oportuerit ſtupratorem ducere ſtupratam?*

§. 2.

Quia vero interpretes (*etiam ipſi Rabini*) non conueniunt inter ſe; Notat enim SELDENVS *de vxore hebraica lib. I. c. 16.* Rabinos quoque praeceptum diuinum ita intellexiſſe, vt nihilominus integrum ſit *vel* ſtupratori ipſi, *vel* puellae, *vel* puellae patri, in matrimonium non conſentire. *v.* BRVNNEM. *I. E. Lib. II. c. 18.* §. *26.* ibique STRYK. Hinc hodie, praeprimis in Electoratu, arbitrio ſtupratoris relinquitur, *an* ſtupratam ducere, *vel* dotare velit? *v.* ZIEGLER. ad LANCELL. *I. I. C. Lib. IV. tit. 8.* §. *3.* verb. *dotata virgine. p. m. 987.* HARPR. *ad* §. 4. *I. de public. iudic. n. 92.* Vbi quidem excipiunt caſum: *Niſi ſtuprum factum ſub ſpe futuri matrimonii*, hic enim ſimpliciter inuitis etiam parentibus cogendus eſſet ad ducendum, *v.* CARPZ. *libr. II. def. 60.* Quae opinio tamen multis diſplicet.

§. 3.

Poena de iure Saxonico in vtroque eſt carceris, plerumque *XIV.* dierum. Quae vero *h.* §. Da auch ꝛc. de relegatione et in *Ordinat. Eccleſiaſt. tit.* von Straffe der Unzucht ꝛc. in C. I. S. E. *p. 210.* §. Würde denn, de carcere *cum carena*, diſponuntur,

und Flecken in unſern Landen nicht geduldet, ſondern wo

tur, (*v. Ius Lub. Lib. IV. tit. V. art. 5. ibique* MEVIVS) raro adplicantur, Apud pleroſque enim huic delicto facilis contingit venia, et multis idem iudicium, quod apud TERENTIVM in *Adelphis* legitur: *Virginem vitiaſti, quam te ius non fuerat tangere. Iam id peccatum primum magnum,* at humanum tamen: *fecere alii ſaepe, item boni. v.* BEYER *in Opifice, p. m. 118. n. 270.* Alicubi vero vtrique etiam, ob ſcandalum Eccleſiae datum, reconciliatio cum ea per *poenitentiam Eccleſiaſticam*, die Kirchen-Buſſe, iniungitur, quam tamen poenam carceris mitigare exiſtimat CARPZ. *Qu. 69. n. 55.* An vero haec poenitentia ſit poena? acriter diſputant. *v.* BRVN. *I. E. Lib. II. c. 19. n. 24-28.* Paucis: *Eſſe non debebat: Eſt tamen corruptis chriſtianorum moribus. i.* MVLLER, *de poenitentia eccleſiaſtica. Ien. 1678.* BODEN, *de abuſu poenitentiae eccleſiaſticae. Hal. 1708*

§. 4.

